


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

M 3
J 1!
[illegible] Bonn 1881.



M. MANILI

ASTRONOMICON


LIBRI QVINQVE.

RECENSVIT

FRIDERICVS JACOB.

ACCEDIT INDEX ET DIAGRAMMATA ASTROLOGICA.

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.
1846.



Latin
Koehler
12-19-31
22988

En tibi diu promissum, diutius agitatum Manilium; absolutum etiam, quantum id quidem per ingenium industriamque et annorum data tempora licuit. Neque enim ab ingenio quidquam intentatum reliqui, quin in mirifici hominis indolem atque artem plane et penitus me quasi insinuarem; neque industria ullum reformidavit laborem, quo ad verum vel inveniendum vel stabiliendum perveniretur; anni autem a contracta poetae familiaritate multi, a primo edendi consilio viginti amplius praeteriere. non quod continuis semper studiis opus urgerem, sed ut, quum aliquantisper refrixisset, identidem retractarem, atque anima recuperata lentisque brachiis, quae parum prudenter procusa viderentur, diligenter recuderem. Ita factum est, ut neque a die, qui optimus discendi magister est, neque ab ingenio, quod suis in unoquoque finibus circumscriptum non ultra potest intendi, magnum aliquid accessurum sperarem, propter quod diu refotus et maturus quodam modo hic fetus contineretur.

Quem velim grati ii accipiant, propter quos editus est. quod non meam ob causam exopto; quamquam quis tam inhumanus fuerit, quin lubenter meritam laudem colligat? sed quia non sine dolore saepe per vitam plurimos expertus sum, qui quam suave esset, alicui aliquid debere parum noverunt. Itaque ipse ego nihil prius nec potius habeo, quam ut eis omnibus gratissimum animum profitear, a quibus aliquo modo in exantlando hocce labore adiutus sum. In quibus eos prae ceteris nomino, qui

data opera ante me in Manilio desudarunt, Scaligerum, Bentleium, Pingreum; deinde alios mente complector paene infinitos, qui si sua res ita ferebat, praetereundo ei poëtae consultum voluerunt. Quos, quantum scio, omnes neque festinanter percucurri, et sine ira atque studio in consilium semper adhibui. Sin autem et paucos et raros per opus ipsum laudari videbis, non ego eorum vel ignorari beneficia vel imminui laudem cupio; sed feci duntaxat, quod lex operis iubebat. Posteaquam enim multa et magna molitus fui, postremo me, ut vides, multas propter causas, in breve contraxi in eoque cohibere statui, ut non per ambages, quibus ipsi mecum vera indagarent, lecturos producerem, sed ut breviter atque simpliciter vera inventa, quae mihi quidem viderentur, proponerem. Nam consilium huius operis mei, ut paucis concludam, id fuit, ut memorabile hoc antiquitatis monumentum, quod et rebus et verbis longe a plerisque aliis discreparet, sed a librariis foede esset contaminatum, purgarem illud quidem a contractis situ maculis, sed ut magis etiam ac reverentius mihi caverem, ne quid, quod suum esset et antiquum, quantumvis nos novitate erigeret atque percelleret, detergeretur. ita enim aliquando ad eos artis nostrae usus hoc carmen patefieri posse visum est, a quibus ad hunc usque diem fere totum exclusum fuit. In quo ut suum cuique iudicium incorruptum relinqueretur, simplicitate ante omnia opus fuit. Itaque eos quidem, quibus aliquam vel interpretationem vel emendationem debebam, suo quemque loco, omnes nominatim citavi; eos vero, qui multi sunt, qui me vagis coniecturis ad veri limina interdum duxerunt, quum eorum errores tacerentur, ipsos nominare non potui.

Multo autem maior eis haud dubie gratia debetur, qui quum suae benignitati obsecuti, tum meae industriae meoque bonarum artium studio confisi cunctos fontes, quibus hosce meos hortulos irrigarem, liberaliter aperuerunt. Namque interpretibus viris prae-

stantissimis — heu quanta ex parte iam fato functis! — G. Schaefero et J. Geelio Bibliothecae Leidenses; C. Lachmanno et Fr. Wilkenio Berolinenses; Chr. Jahnio Lipsienses; O. Müllero Gottingenses omnes mihi suas copias largas tradiderunt; J. vero Bekker, O. Jahn & Theod. Oehler Venetiis Romaeque et Bruxellis codices propter me benigne vel inspexerunt vel exscripserunt.

His igitur de opibus ita disputabo, ut seiunctos a ceteris codices cum uniuscuiusque iudicio praemittam, deinde reliquarum brevem proponam dinumerationem.

Omnes igitur Manilii codices, ut plerique sunt alii scriptores Latini, ex uno exemplari descriptos ad nos pervenisse certissima res est. Non enim solum eosdem versus et in opere ipso et in poëmatis fine omnes omittunt, atque eandem interpolationem, (cf. ad I, 565, ut alias taceam) qua laceratum codicem resarcire sibi videbantur, omnes referunt; sed consentiunt etiam cuncti in ea versuum conturbatione, quae librum I a versu 354 occupat atque inde exorta est, quod in illo exemplari, unde omnes nostri codices prodierunt, duo folia ita complicata erant, ut singularum paginarum viceni et bini versus praepostero ordine sese exciperent. Id autem vetustum exemplar fidissime exprimit codex Leidensis, qui illic sub Nr. 390 conditus plerumque Vossianus, a me secundus, nominatur, quia ex bibliotheca Isaaci Vossii, qui optime eius praestantiam intellexerat, illuc translatus est. Cum enim ceteri libri alii rudiores alii doctiores interpolationes proferant, hic, nisi quae omnibus libris nostris antiquiores sunt *), habet nullas. Eum igitur codicem quamquam recentissimus est; subscripsit enim librarius annum 1470; prae ceteris tamen in carminibus restituendis secutus sum. Sed cum idem liber ex

*) Ab ipso Sylvestro venire versus suppositos interdum suspicari soleo ex lib. IV, 776: Qua genitús Caesarque meús nunc condidit orbem. Refero enim ad Ottonem III; quamquam me ignorare profiteor, an is sub Libra natus sit.

corruptissimo exemplari manaverit, et librarii ignorantia atque simplicitas plurimos errores sponte addiderit, fieri non potuit, quin ceteri meliores alia diligentius descripta alia prudenter emendata haud pauca tradiderint; quae si vera videbantur, undecunque fluxerant, non minus erant in carmina recipienda, quam quae alii interpretes recentioris memoriae ad poëma corrigendum sagacitei excogitaverunt.

Eum autem librum primus ad poëtam emendandum, continua quidem opera, R. Bentleius contulit. Sed neque ipsa collatio codicis, ut deinde mihi patuit, postquam ex Bibl. Gottingensi ed. Scal. an. 1600 ad me pervenit, cuius margini in usum Bentleii adscripta est, satis est diligenter curata, neque Bentleius ea constantia, quam nunc sequimur, librum consuluit. Mihi quidem ad eum aditus primus datus est per collationem Ezechielis Spanhemii, quae inter libros Diezianos, de quibus infra dicendum erit, asservatur; deinde codicem ipsum benignitate Geelii inspicere concessum fuit; quod tanta cum accuratione feci, ut ter quaterve instituta comparatione vix mihi quidquam se subduxisse videatur. Postremo Gottingensem collationem contendere contigit.

Alter et huic auctoritate proximus codex Lipsiensis est, qui in bibliotheca Paullina sub Nr. 1465 asservatur. Qui qua aetate scriptus sit parum inter peritos earum rerum iudices constat. dum enim alii ad seculum XIII referunt, alii seculo demum XV natum esse affirmant, quamquam mihi quidem non persuadent. Sed id quidem dissolvere minus nostra interfuerit, quam illud tenere, eum non solum a pluribus esse librariis descriptum, quos, quia eiusdem seculi simillimaeque manus sunt, nescias utrum duos an tres dicas, ad eosque accedere (praeter manum plane recentem seculi XVI, quae nihil digni habet) correctorem alium, qui pessimorum librorum interpolationes superscribere et accusativos in *i* factos mutare in *e* soleat; sed etiam, quod maius est, non ex uno codice hunc totum fluxisse, sed quum initio liber

Vossiano secundo simillimus exscriberetur, deinde transitum esse ad librum interpolatum, qualis fere Cusanus est, vel Vossianus primus. Meliores vero eae lectiones pleraeque omnes erasae atque interpolatae ab eadem manu rasurae inscriptae sunt. Neque minus poëmatis ipsa inscriptio erepta est, quae nunc quidem, ut in interpolatis aliis, haec est: ARATI PHILOSOPHI ASTRONOMICON | LIBER PRIMVS INCIPIT | PRELIBATIO; quid autem sub verbis A. PH. A., quae rasurae inscripta sunt, fuerit, dignosci non potest. Non tamen plane conspirasse cum inscriptione Vossiani ex spatii angustiis liquet; hic enim habet: M. Mallii EQVOM (fortasse voluerat, EQROM) astronomicon | diuo oct quirino aug*e* proemium lib' pr' |.

Eius libri copiis Bentleius ante me usus est. Sed qui collationem curarant, quum rasuras neglexissent, non optime sagacissimi viri industriam adiuvisse censendi sunt. Mihi quidem exscribere ipsum codicem atque omnes apices legere licuit; quod quam grato animo eis debere me profitear, qui hoc mihi concessere, verbis dici non potest.

Tertium iam numero, quem ante me Scaligero et Bentleio auctoribus omnes omnium principem habuerunt, Gemblacensem. Et est sane is liber et antiquitate et lectionibus praestans; sed aperte interpolatus, atque eo cautius adhibendus, quanto speciosiores pleraeque interpolationes a prudenti admodum homine profectae in errores nos facile pellicere possint. certissima autem interpolationis testimonia, ut pauca hic proferam, habes I, 332, 344, 398, 401; quamquam mihi quidem etiam haec certa sunt, I, 13, *vacat*, et 40, *Et natura dedit*; verum enim iudico, *Naturaeque dedit;* 130, *sumptum est*, alia. Aetate tamen omnes facile superat. Scribit enim de ea ad me Th. Oehler: Codex Gemblacensis, nunc Bruxellensis, n: 10012 mbr. in 8vo saec. XI. etc. Similia fere Bentl. in praefatione tradidit, nisi quod ullum poëtae nomen a scriptore codicis additum fuisse negat. Quod mihi qui-

dem haud verisimile videri solet. Nam quum unum tantum huius poetae exemplar aetatem tulisse probaverimus, is autem, ex quo primum innotuit, a Sylvestro II statim Manilii nomine sit nuncupatus, idemque nomen in Vossiano, qui ab antiquo eo exemplari unice pendet et ab omni recentiore interpolatione alienissimus est, retineatur; consequens esse dixerim, ut in codice tam diligenter exarato ipsa quoque inscriptionis omissio non ad casum sed ad consilium referatur. quod fecit Bentleius. mihi autem talis crisis ab illo aevo abhorrere plane videtur. Quapropter magis probo, quod Th. Oehler ea de re scribit: „Inscriptioni veteri, libro olim praefixae, manus recentior (fort. saec. XV exeuntis) substituit hunc titulum: Mālius poeta."

Hunc igitur librum Jacobi Susii excerpta nactus primus in Manilii usum vocavit Jos. Scaliger; atque summa eruditionis subtilitate et varietate munitus tanta inde emendationis et interpretationis beneficia in eum contulit, ut neque homini neque libro unquam satis dignas gratias agere posse videamur. Iure enim Manilii sospitator nuncupari potest. Bentleius autem, et Lipsiensem nactus et Vossianum, minus iam eius auctoritati tribuens, neque tamen, ut videtur, de eius fide quidquam suspicatus, modo hinc modo illinc, ut singulorum locorum corruptela desiderat, auxilia expetit. In meos vero usus codicem Bruxellis comparaturus Theod. Oehler, deinde quaedam mea verba non recte interpretatus, exscribere destitit; ac quum errorem resarcire vellem, praematura morte et omnibus bonis literis et mihi ereptus est. Verum quum et Scaligeri et Bentleii et Jacobi Susii ad N. Heinsium delatis excerptis uterer, tum autem fallacem codicis naturam satis mihi perspexisse viderer, non id tantopere dolendum esse arbitratus sum, quod eius opes mihi erant praecisae.

Alterum autem codicem nunc Bruxellensem, nr. 10699, olim Cusanum, idem vir doctus diligenter contulit. Est autem is

„cod. membr. fol. min., saeculo XII, characteribus minutissimis binisque columnis exaratus;" ut ipsa Th. Oehleri verba referam. Inscriptio est eadem, quae Lipsiensis: ARATI PHILOSOPHI ASTRONOMI | CON. LIBER PRIMVS INCIP. PRELIBATIO||. Indoles vero eadem plane, quae eiusdem Lipsiensis, postquam correctoris licentiam passus est. Nihil igitur ad carmina restituenda magnopere profuit, hactenus autem memorabilis, quia, ad quod seculum ea interpolatio recurrat, testatur.

Eiusdem fere ordinis est Vossianus primus, qui in bibliotheca Leidensi sub nr. 18 asservatur. Liber papyraceus, et seculo, nisi fallor, XV vel XVI scriptus est, quamquam antiquam scripturam imitatur. Inscribitur plane ut Cod. Cusanus, nisi quod manus recentior, inductis ARATI PHILOSOPHI, addidit: *Marci Manilii*, et in margine: *Ad Caes. Aug.* Is igitur codex Cusani similis est, ac tamen alius; nam prima in parte miro quodam modo, in minimis etiam erratis, saepe cum Vossiano secundo consentit. Hunc etiam librum summa diligentia ipse exscribere totum potui.

Per hos fere descensus sensim ad eos libros venitur, quos plane ac rudi ingenio interpolatos omnes ante Scaligerum Manilii editores expresserunt. Eo in numero Parisinus est et Oxoniensis; quos iure sprevit Bentleius, admiratus est Elias Stoeber. Ego eorum indolem et ingenium ita mihi optime referre videbar, si unius alicuius exemplaris plenam varietatem proponerem. In quo quum magna electio esset, ceteris editionem Antonii Molinii Matisconensis praetuli, quae et rarissima est et saepe sui desiderium movit, quia ex antiquo codice fluxisse dicitur; quod nequaquam ita se habet. Eius igitur editionis lectiones sub sigla A (quia *antiquas* editiones refert) notatas habes. Sequitur sub litera S. recensio Scaligeri. B. coniecturas Bentleii continet. V. praecipuas, sed paucas, lectiones eorum codd., quos ego secutus sum, cum brevi meo iudicio amplectitur ita, ut V. 1, Vos-

sianum primum, V. 2, secundum, L. Lipsiensem, G. Gemblacensem, C. Cusanum denotet. Hoc tamen semper curavi, ut eos omnium librorum errores, qui et in classe deteriore et ab antiquis editoribus ante Scaligerum correcti essent, enotarem. Nam ne eorum quidem laudes, qui sub lit. A. comprehenduntur, inique erant tacendae. Sed quia eligere praecipua invidiosa res est, et lecturis et mihi consultum esse videtur, si hic primorum versuum plenam varietatem proponam, quo, an recte elegerim, pateat.

Arati philosophi astronomicon L. V. 1. C. (Marci Manilii — ad Caes. Aug. V. 1. a m. sec.) nulla inscriptio in G. Marci Mallii EQVOM astronomicon divo oct quirino aug*e* (l. II. Marcii Malii, l. III. Marci Mallii boeni astr. l. IV. M. Mallii. l. V. inscr. nulla. Marcii Mallii Antiochi Boemi Astronomicon etc. collat. Spanhemii) V. 2. Prelibatio L. V. 1. C. proemium V. 2.

1. *artes* V. 1. L. G. C. *artis* V. 2. v. 2. *du'isos* V. 2. *homī* V. 2. v. 3. *m̄do* V. 2. v. 4. *moner̄* V. 2. v. 5. *nutantis* V. 1. L. C. *mutantis* V. 2. *nutantes* G. *viridia* (*a* eras.) L. v. 6. *hospita l. nova* L. C. v. 7. *princeps* V. 2. *paterque parensque* G. v. 8. *augusteis* V. 2. v. 11. *propiisque* V. 1. C. *propriisque* V. 2. (*propriosque* coll. Sp.) *mundum* V. 1. 2. C. *mundus* (sed in rasura) L. v. 12. *aetherios* V. 1. C. L. *heterios* G. v. 13. *vacat* G. *vocat l. ad hoc nos invitat sub pace tua* L. v. 14. *in menso* L. *spacientē* V. 2. v. 18. *regat* inducit V. 2. *generatq̄ne* V. 2. v. 19. *modulame* V. 1. 2. *numerum l. in metrum* L. v. 20. *postis* (vel *poscis*) *lucē* V. 2. v. 21. *Ac* V. 2. v. 23. *circumscribit* V. 2. v. 25. *Quem l. mundum* L. *internis* V. 1. *in ter nis* V. 2. *lucuit* C. v. 26. superscr. *vel Munere* a m. pr. G. *cum dentibus* V. 1. v. 29. *In vitis* L. C. *discuperet* V. 1. 2. ad v. 30. *Invocatio* L. C. *Laus mercurii* V. 2. *autorque* V. 2. v. 31. *int⁹ris* V. 2. v. 32. *Sublimis* omnes. v. 33. *per inān* V. 2. v. 34. *pondere* V. 1. v. 36. *sedet* V. 2. v. 37. *quum max.* L. C. G. *q̃* V. 1. *q'* V. 2. v. 40. *Et nata-*

ruque (superscr. *vel natura*) L. *naturaque ded.* V. 1. C. (hic in marg. a pr. m. *et natura*) *Neutra quedit* V. 2. *recludit* V. 2. v. 41. *Regales* l. *philosophos* L. v. 42. *tangentis* ceteri; *tangentes* G. v. 43. *Que* V. 1. 2. C. v. 44. *nilus* ceteri; *nilos* V. 2. *in undat* L. V. 1. v. 47. *uata* V. 2. v. 46. *Tunc* omnes. v. 48. *ipse* V. 1. 2. *ipsa* L. (sed supra scr. *ipse.*)

v. 49. *Numeris* V. 1. *Muneris* V. 2. *accendet* V. 1. 2. v. 50. *ipse deus ostendit se in specie* (*speciem* C.) *dei* L. C. v. 51. *Hitaricum memer* (*incivere* Sp.) V. 2. *mover* V. 1. v. 63. *signar* V. 1. *signare* V. 2. v. 54. *per plexi secula* V. 1. 2 v. 55. *Stat sua cuique dies* rubr. in marg. V. 2. v. 56. *legos* V. 1. *longas quaque* V. 2. *valere* V. 1. 2. v. 57. *discr. more* V. 1. 2. v. 58. *Speciaes* (inducta *a*) L. *celum* V. 1. v. 59. *Praecepta sc est* L. *redita* V. 2. v. 61. *arcem* V. 1. v. 62. *longet* V. 1. *Experientia fecit artem* marg. V. 2. v. 63. *Dependet* V. 2. *dnaritia* V. 2. v. 65. *sc. deprendit ipsa astra discernere vices fatorum certis signis* L. C. v. 69. *latea* V. 2. Sic fere ubique in hac diphthongo V. 2. peccat, si quando ea, quod quidem raro fit, utitur; plerumque enim *e* habet.

Praeter hos libros Bentleius alio, Veneto, ex bibl. Marciana, ut eius epistola ad Richterum testatur, usus est. Quem quum aperte atque audacter interpolatum statim viderem, accuratius tamen novisse cuperem, frustra fui. Nam neque J. Bekkeri neque Ottonis Jahni voluntas eum ibi codicem indagare potuit, sed alium papyraceum (appendix cod. LXIX. XCVIII, 5) saec. XV, in fol.; ex quo quae illorum virorum praeclara benignitate excerpta ad me venerunt, nihil inde auxilii peti posse abunde monstrarunt; quamquam non malus liber esse videtur, sed Cusani et Vossiani primi similis.

Neque in eo cod. inquirendo se continuit Jahni voluntas; sed hos praeterea libros Italico suo itinere in usum meum inspexit.

Cod. Vatican. n. 5160, papyr. in forma quart. min. script. an. 1469 sine inscriptione.

Cod. Vatican. n. 3099, papyr. fol. saec. XV vel XVI. L. I et II ad vs. 26. inscript: M. Mallii poetae Illustris ad Octavianum Augustum Astronomicon Liber primus incipit feliciter.

Cod. Urbinas. n. 668 (802) pergam., 4to, nitidissime script. sec. XV. inscript: Marci Manilii Boeci astronomici liber primus incipit.

Cod. Urbinas n. 667 (803) pergam., 4to, eodem tempore, sed minus pulchre exaratus; inscript: M. Manilii Astronomicon liber pr. incipit.

Cod. bibl. Laurentianae plut. 30, 15 (Bandini cat. II, p. 75.) pergam., 4to, saec. XV nitide scriptus: Marci Manlii poetae clarissimi astronomicon ad Caesarem Augustum liber primus. In fine: „Marci Manlii mathematici vita" addita est; quae quum ad Plinii H. N. XXXVI nos dimittat, unde notus ille error de Manlio mathematico natus est, nihil veri dignumve habet, quod exscribatur.

Hos igitur cunctos libros quamquam ex excerptis benigne ad me datis Vossiani simplicitatem nullo modo attingere videbam, quosdam tamen accuratius perpendere cupiebam; verum quum interprete Jahnio id egissem, atque quidam eius amici eam curam in se recepissent, nihil tamen deinde, quamquam plus semel in spem erigebar, ad me pervenit. Futuris igitur Manilii interpretibus coactus hanc provinciam relinquo, ut, quid inde fructus ad eum redundare possit, quod non sane magnum esse sentio, experiantur.

Nam reliquos quidem codices, quorum nulla in notis mentio facta est, deteriores quidem omnes, satis ex aliorum studiis novimus; veluti Palatinum, non eum malum, ex castigationibus Francisci Iunii, Parisiensem ex stoliditate Stoeberi, Oxoniensem ex collatione, quae inter Santenii libros Berolini asservatur, sub

Nr. 95, non illa quidem accuratissima, sed quae tamen libri indolem satis aperiat. Legitur autem eo in volumine a fol. 1. ad fol. usque 25. In eodem volumine haec praeterea inveniuntur. a pag. 26 ad 35: „Excerpta ex Manilio Jacobi Susii D. F. P. N. quem Aquisgrani utendum habui a Rev. V. Carolo Proteo. Editio erat Comeliniana cum notis Scaligeri ac Iunii." Exscripta sunt a N. Heinsio, qui ipse suas quasdam margini notas appinxit. Susius etiam non solum V. L. excerpsit ex Gembl., sed explicationes quoque et coniecturas suas eruditas admiscuit. Speciminis ergo haec sint: I, 772. qui fabricaverat illum] hoc est, qui suis praeceptis ac sermonibus Platonem instituerat et formaverat quantusquantus est. Aeque sane ab insolentia translationis laborat frenandi verbum ap. Valer. Flaccum l. VI. et ingentis frenator Sarmata conti. N. Heins. ad vs. I, 886 haec adscribit: et *funera* deerant] leg. *munera*. Nic. Heins. i. iusta suprema. Ovid lib. VIII. Met.

Fol. deinde 36 ad 38 occupant notae P. Burmanni, pleraeque ad refutandum Bentleium institutae. Velut: I, 11, Jamque favet, Francius [i. e. iam ante Bentl. ita P. Francius coniecerat.] 22. certa *cum*, ita Paris. 25. cognoscere *caelum* munere *caelestum*, quam elegans hoc? v. 44. secat gentes. Romanum imperium et Parthicum. Sic Lucan. VIII. 290. qui saepe *secare* de fluviis. ponuntur gentes pro terris saepe. v. Ovid. 1. Met. 279. inf. 223.

A Fol. 39 ad 51 sequitur epistola de Manilio Dorvillii, infesto in Bentl. animo scripta. plerasque autem castigationes postea in Charitonis editionem transtulit. Ceterum hoc exemplar ab homine imperito vitiosissime transscriptum est.

Fol. 59 ad 199 magnam molem coniecturarum a Jo. Schraderi ingenio profectam continet, quae pro illius seculi more infinitam lectionem, versutam ingenii agilitatem, multiplicem eruditionem testantur, sed raros nobis fructus tulerunt, ut qui non

ingenio ludere sed vera quaerere velimus. Exempla haec sunto: I, 318. cf. Arat. 315. cur *caeli?* an caelum Zodiacus? f. Phoebique; an Cancri? I, 415; I, 380. 328. *fronte*, an fronde, flore? Manil. V, 117. f. falce. Carr. A. L. 3, 19. 330. désertae servans/signans monumenta. annon Bacchi? 405. nec torrens frigore. 407. Nec varium. 521. vario sol igneus orbe. Arat. 329: ποικίλος, ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένος. 451. an: Axis quae mundum stridenti cardine torquet. 455. quibus? sideribus? an versus spurius? 502. *reddere* an pergere? miror hominem doctum. redduntur proprie praecepta, dictata cf. Hor. Epp. II, 1. Sic bis totam Bentleii editionem retractavit.

Ex eadem bibl. Berolinensi praeterea Vossiani utriusque collationem ab Ezechieli Spanhemio ad Windsoram an. 1679 in villa Vossiana excerptam accepi. Asservatur inter libros Spanh. sub nro. 44, et a fol. 46 incipiens pergit ad fol. 72. Sed quamquam dubitari vix potest, quin eosdem quos ego libros contulerit, id tamen unde explicem haereo, quod titulum operis esse ait: Marci Mallii Antiochi Boemi Astr. etc. Accedit, quod idem Sp. multas Is. Voss. adnotationes adscribit, quas in margine esse dicit, quum tamen in neutro codice eo, quos ego lectitavi, quidquam margini sit appictum. Sed fortasse marginem intelligit ed. Scal., cui adscripta collatio erat.

Denique ex bibl. Gottingensi duo Manilii exemplaria ad me data sunt, alterum ed. Scal. Arg. 1655, quae illic inter Auctt. class. latt. nr. 1366 est, et cui notae Petr. Francii adscriptae sunt; alterum ed. Scal. an. 1600 (nr. 1365 inter auctor. class. latt.) cui Joh. Hildebr. Withof suas coniecturas adpinxit et librum suum κτῆμα vocat an. 1717. Is liber deinde, ut in fronte adscriptum nomen testatur, in manus Bentleji venit, atque huius margini ea appicta Vossiani secundi collatio est, quam supra Bentleianam commemoravi. Unde non minima me admiratio cepit, quum non

paucas et interdum praestantissimas emendationes iam dudum occupatas a Withofio viderem. Sunt autem fere hae: II, 20: Pallas; III, 561, veniat; IV, 17, Hinc; 157, in amore; 424, curritve; 445, par; 781, Eligit; 825, die; 918, pateatque; V, 138, Nutrimenta; 153, fractique; 283, fracturo silici; 330, modulos; 362, gerant, et 63, claudant; 469, Cepheus; 609, remeavit; 621, superbo; 737, respublica mundo, Hanc. Idem tamen Bentleius, quod non minus mireris, vs. 404 libri V, Censibus aequantur conchae rapidumque notari, intactum reliquit, quum tamen Withofius emendo, inquit, feliciter, *lapidumque nitori;* Bentleii autem ad eum versum haec inchoata, ut videtur, nota additur: „Transiliit hunc locum Scaliger ut desperatum. Pro *quisquam* Gemblacensis *unquam;* pro *notari* Lipsiensis et Vossianus *notori.*" Ex his, ut ex multis aliis, satis apparet, Bentleium fastidio correptum nondum ultimam operi manum imposuisse, cum nepoti copias suas edendas permitteret. Praeterea facile accidere solet, ut duo ingenia idem excogitent; veluti mihi accidit, ut cum haec scripturus rursus utrumque librum evolverem, tunc demum viderem, Withofium etiam IV, 890, coniectasse *motu*, et V, 138, *pernices.*

Has igitur copias multas et praeclaras tanta diligentia excussi, quanta et propter poëtae difficultatem et propter animum gratum, quem ea benignitas merito provocabat, debebam. Neque minus industriae consumpsisse mihi videor in conquirendis et lectitandis eis omnibus libris, in quibus vel data opera vel praetereundo de Manilio tractatum est, speroque nihil fere insigne usque ad novissima tempora et Jos. Merkelium me latuisse; nisi quod unum neglexi; ex Wakefieldii enim editione Lucretii, in qua saepe ad emendandum Manilium digreditur, tum quum propter particulas eam Regimontii, anno 1823, terebam, nihil exscripsi.

Iam de ipso poëta quod doceam, nihil certius habeo, quam quae anno 1832 in Lubecensi Programmate proposui. Nam quo

tempore eius poëma conscriptum sit, satis certa indicia sunt. Primumque librum non diu post cladem Varianam finitum dicas; quamquam enim eam cladem ita inducit, ut iam aliquod tempus effluxisse videatur: *ut foedere rupto quum fera ductorem rapuit Germania Varum* — nam per *tum quum* non quae proxime acciderunt describimus, in recenti tamen poëtae memoria fuisse debet, quum infesta eius quaedam omina mihi non nota significet, quibus declinari potuerat. addit enim: *Saepe domi culpa est: nescimus credere caelo.* Praeterea cum librum quartum finiret, in vita fuit Augustus. Omnes enim libri meliores in futuro consentiunt: *Maius et Augusto crescet sub principe caelum.* Nondum igitur vera apotheosi inter deos receptus. Redierat tamen iam ex aliquo tempore in gratiam cum Tiberio; nam Rhodius secessus cum aliqua laude commemoratur diu invidiosissimus; iidemque versus nondum successisse patri eundem demonstrant: *Virgine sub casta felix terraque marique Est Rhodus, hospitium recturi principis orbem.* Praesentis, credo, seculi felicitatem laudaret, si iam imperium fuisset adeptus; sed in eius societatem acceptum tum iam fuisse ex his verbis concludas. Quintum tamen librum sub Tiberio scriptum esse probabile est. Nam *Pompeia monumenta*, vs. 510, quae *semper recentia flammis* dicuntur, de theatro Pompeii interpretor, quod igne fortuito haustum se exstructurum Tiberius pollicitus est, quod nemo e familia restaurando sufficeret, manente tamen Pompeii nomine; ut ait Tacit. Ann. III, 22. Nam quod id opus Tib. imperfectum reliquit, Suet. Tib. c. 47, nihil poëtam impedire potuit, quominus hanc in eum laudem poëtarum more conferret. Factum id autem est anno p. Chr. 22. Atque ipsum etiam huius libri exordium aliquid spirare videtur, quod intermissum aliquamdiu studium testetur: *Hic alius finisset opus* etc. Id quoque accedit, quod hic liber facta atque rotunda oratione ceteris praestat; quamquam hoc idem de tertio et quarto dicendum est: crescere sensim et augeri poëtae artifi-

cium. Quo magis mihi persuadeo, et hominem fuisse peregrinum neque poema unquam finitum. Nam multa sunt, quae passim in notis observo, quae incohatum neque perpolitum carmen coarguant. Veluti I, 193 vel absurda ei sententia excidit. Nam cur absurda quaeque ab interpolatoribus venisse dicamus? Nostris etiam temporibus non ab interpolatoribus multa et fiunt et scribuntur absurda. Alia vero, quum saepe liberrime fluat oratio, tam impedita sunt et obstructa, ut non iniuria primo impetu esse fusa iudices, velut I, 455; maxime tamen in libro primo et secundo. Accedit aliud. Nam in libris primis non semel Tiberium tum in insula Rhodo latitantem Romanisque invisum carpsisse poetam animadverto; vide quae dixi ad II, 290; et adde, sis, libri primi ultimum versum: Cumque (Roma) deum caelo dederit, (Augustum) *non quaerat in orbe;* i. e. ne careat ipsa successore imperii terrestri. Quod non, credo, addidisset, si Tiberius iam tum in spem successionis venisset aut expetitus fuisset a populo. Quod si verum est, non sane ea odii vestigia reliquisset tum, quum ille ad imperium venerat, si carmina ultimam manum essent experta.

Peregrinum autem fuisse et alii ante me multi putarunt et ego arbitror. Multa enim apud eum a consuetudine et illius aevi et omnis Latinitatis absona inveniuntur, quorum ampla vestigia index adiunctus exhibet. Utrum autem homo Asianus fuerit, quod Bentleio visum est, an Afer natione, quod mihi diu videri solebat, incertior quam quondam haereo. Novam de eo coniecturam nuper proposuit in Ovidii Ibide R. Merkel; quae quamquam sagaciter excogitata et argute defensa est, mihi tamen nondum probabilis facta est.

In hac igitur tanta rerum gravissimarum ignoratione, ad quam librorum insignis depravatio accedit et interpolatio varia, nemo facile improbaverit, quod in eximendis eis, quae vitiosa videri poterant, cautissimus esse volui; praesertim cum rerum astrono-

micarum non peritissimum poetam viri eius artis prudentes dudum iudicarint. Nam si linguae legibus eum saepe vim ipsum afferre videmus, si rebus errantem eundem alii commonstrant, si tanta praeterea est orationis inaequalitas, ut modo libero volatu sese efferat, modo licenter verbis abundet, ac non quid velit dicere, sed quo abripiatur, trahi videatur, modo aridissima rerum ieiunitate per inanes artis numeros evagatus nos defatiget, modo constipatis fabularum aenigmatis vix ex miro verborum involucro enucleandis nos exerceat; quis tantae confidentiae esse possit, uti singulis quibusque locis hoc a poeta esse erratum, hoc a librariis peccatum tanquam de tripode respondere velit? Itaque aliis interdum iusto timidior fuisse videbor, veluti mihi ipse nunc videor, quod Bentleii *Minyas* V, 44 recipere veritus sum; aliis vero etiam audacior, si desperatis aliquot locis aliquid tamen reponere malui, quam relinquere, quae omnem sensum respuerent.

In qua iudicum dissentientium verecundia eo me confirmare solebam, quod ea animi vigilantia, ea ingenii acie me usum noveram, quae ultra contendi non possent. Ac tamen quum nunc ea typis expressa video, quae mea manu descripta diu mihi sueta et familiaria fuerant, non uno in loco insigniter me dormitasse intelligo. Huc ea numero, quae notavi ad III, 104, inducenda. Praeterea a Bentleio, quantumvis arrectas aures eius disputationibus opponerem, semel tamen in apertum errorem me abripi passus sum II, 322. Ubi cum *Ter triginta*, male correpta *a*, omnes libri praebeant, ab illo *Nongentas* partes male accepi. Est autem is versus ita rescribendus: *Ter quadra triginta partes per sidera reddant;* nisi males: *tricenas.* Quod si cui audacius correctum videatur, is a librariis saepe gravius errari meminerit, ubi per numeros non plenis literis exscriptos in versus pro captu procudendos illiciuntur. Deinde, V, 50, ubi ex V, 2. *Utraque* rescripsi, *Victa* Syracusis Salamis, nunc demum

ad ipsam Manilii manum venire me video, si et ex hoc et ex ceterorum errore, *Vera*, repono: *Versa* Syracusis Salamis non merget Athenas. In eodem porro libro, 204, notandum erat, quum ceteri *quodcunque* habeant, V. 2 praebere, *qui*cunque, unde multo leniore verborum structura scribendum est: Et *quaecunque* solet venandi poscere cura, In proprios fabricare dabit *venalia* quaestus. Denique, quod nunquam speraveram, libri V, versum 741 facillima coniectura sanare mihi contigit: suntque gradu per *lumina* victa priorum. Quartum et quintum siderum genus est, quod populo comparat, cf. v. 736, et unum gradum efficere dixit v. 718; haec igitur lumine ait a prioribus vinci, sicut a proceribus et equitibus superatur populus. Atque posset uno interposito *que* vera sententia restitui; sed versus durior foret, nec quales Manilius fingit: Suntque gradu *usque* per omnia victa priorum. Unum his in versibus me semper mirum habuit, quod quum hic ei spatium daretur et suo et aliorum more poetarum evagandi in laudes domus Augustae, tantum abest, ut id faciat, ut, *Principium patres retinere* vel cum offensa principis dicere audeat.

Verbo praeterea de indice monendum esse videtur. Quem quum eo consilio addidissem, ut praecipuas voces et elocutiones Manilianas contineret, deinde quum etiam aliquid explicationis desiderari viderem, anceps id mumus in me recepi, ut difficiliora interpretarer. Nam quod doctos docere facile esse aiunt, aliter sentio. Quid enim ut difficile eliges? quid tanquam notum praetermittes? Itaque ex animo opto, ut quae dederim, omnia grata, quae omiserim, nota videantur. Diligentiae quidem et meditationis ne in hac quidem parte quidquam reliqui. In quo meam ob causam hoc moneo: Ante omnia brevitatem decere indicem arbitrabar. itaque cum omnia ea quasi adminicula, quibus saepe ab alia verbi notione ad aliam enitendum erat, ut ad extremam plerumque longe a prima remotam veniretur, prae-

cidissem, factum est, ut saepe parum subtiliter interpretatus esse possem videri. exemplo rem transigam. ad III, 473 *cumular damna*, dico esse *exaequari.* quod ridiculum leviter iudicant facile videatur. Sed res ita se habet. Agit poeta sex signorum a Capricorno ad Geminos ducto exemplo de lege horarum, e quibus spatiis noctium dierumve detrimenta crescendo sua damna reparent, explicat. hinc consequens est, ut cum damna dierum noctiumque cumulentur, simul iusta ea tempora, a quibus e signa ante accepta damna exierant, exaequentur. cum autem ea temporum exaequatio nunc doceretur, ad eam ipsam, u recte intelligeretur, loci interpretatio verbo flectenda erat. Quapropter aequos harum rerum iudices rogatos velim, ut nihil m obiter egisse arbitrentur, sed antequam interpretationes mea exagitent, earum causas inquirant. Sed rubricas multas describere nolui; vix enim unquam cuiquam placent. Itaque singul fere omnia notavi; ex quibus qui leges indagaturus est, facil collectiones ipse instituet. Quod autem meo iudicio parum confidebam; nam in longa alicuius consuetudine ea videre et acriter sentire desuescimus quae eius maxime propria sunt; adiutore per librum certe primum usus sum Mantelsio, amico doctissimo, ad quem, si quid inde frugis redundet, gratiam si no omnem, at multam referri velim. De arte autem astrologic ipsa in notis tantum docere volui, quantum propter verba ab alii impugnata debebam; nisi quod initio, ut legentes in miri hominis lectione recentes aliquo modo imbuerem, quaedam notav quae ad res ipsas pertinerent ab aliis pleraque iam docta. Cetera autem et ex argumenti carminibus praemissa enarratione et e indice peti posse confido. Diagrammata tamen quaedam addend curavi, quae planius et melius docent, quam verba longa.

Restat, ut lecturos rogem, ut graviora quaedam peccat quae in carminibus et notis relicta sint, levioribus missis benevole corrigant. Quum enim bibliopola, quantumvis sedibus di

stamus, liberalissime tamen singula folia ad me mittere vellet, mature tamen ingravescente per hiemem oculorum imbecillitate impeditus sum, quominus ultimam manum corrigens ipse imponerem. Haec igitur in carminibus corrige:

Pag.	40	v. 845	post menta	adde ;
—	43	— 99	- campos	- ;
—	52	— 169	- dolent	- ;
—	69	— 559	- ipse	- .
—	75	— 691	- artem	- ,
—	96	— 182	diei, non dici	
—	97	— 187	forte, non fonte	
—	-	— 205	post orbe	adde .
—	104	— 361	- currit	- .
—	108	— 427	superatur, non superantur	
—	114	— 571	Nemeaee, non Nemeae	
—	115	— 584	Et, non Ei	
—	117	— 620	aestivae, eon aestiva	
—	123	— 80	vertere, non vortere	
—	124	— 109	praemia, non proemia	
—	126	— 143	iugum, non ingum	
—	127	— 171	praedas, 172 census, ordine mutato	
—	132	— 269	post sequuntur	adde .
—	133	— 299	- gentes	- .
—	134	— 331	recipit, non recipis	
—	137	— 401	quantae, non quanta	
—	-	— 403	pudeat, non pudent	
—	-	— 409	tolle punctum post, est	
—	140	— 476	post partes	adde .
—	145	— 557	- urbes	dele .
—	146	— 577	- libido	adde .
—	151	— 598	- uno	dele ,
—	152	— 703	- exit	adde ;
—	-	— 726	Nemeaee, non Nemeae	
—	-	— 730	colore, non calore	
—	154	— 752	post natare	adde .
—	-	— 758	- ignis	- ;
—	155	— 772	coeunt, non cocunt	
—	-	— 789	Italiae, non Italia	
—	156	— 799	post arva	adde .
—	159	— 851	Luna, non Lima	
—	163	— 10	semel, non semet	
—	168	— 112	post virtus	scribe , non .
—	-	— 118	- partes	dele ,
—	-	— 125	greges, non gregres	
—	174	— 239	fronde, non fronte	
—	-	— 254	tribuent, non tribuet.	

In notis.

Pag.	6	l. 7	ab init. ante sumptum adde v. 130
—	32	— 6	a fin. referes, non referres
—	53	— 5	ab init. v. 191, non 189

Pag. 60 — 7 ab init. v. 347 non 352
— - — 3 a fin. exputo, non expungo
— 66 — 2 - - Manilii, non Manilia
— 74 — 10 ab in. post iuvenis adde L. V. 1. et post pingitur L.
— - — 10 a fin. iusto, non iusta
— - — 7 - - habet, non habent
— 81 — 7 - - alit, non alis
— 83 — 9 ab in. fort., non fors
— 107 — 6 a fin. quinti. vitium.
— 115 — 7 ab init. v. 571, non 572
— 122 — 11 a fin. Varronemque, non Varrum
— 123 — 2 - - Helenum, non Helenam
— 124 v. 87 adde: invicta devictum omnes. corr. Scal.
— 130 — 7 ab init. imbrifero L.
— 153 — 4 a fin. Aeg. iam, non Aegiam
— 157 — ult. tenorem omnes.
— 164 — 6 ab in. v. 30 et 31, non 31 et 32
— 166 — 5 a fin. labit. sic
— 172 — 3 - - quod habent V. 1, non V. 2.
— 174 — 1 et 10 v. 236, non 237.

ARGVMENTA LIBRORVM.

LIBER PRIMVS.

Exordium 1—117.
Mundi origo et variae de ea physicorum sententiae 118—140.
Mundi figura, in quo orbis terrarum medius 147—246.
Rector mundi vis animae divinae 247—254.
Duodecim signa Zodiaci 255—274.
Axis mundi 275—293.
Signa aquilonia 294—372.
Signa notia 373—442.
Signa nusquam in conspectum venientia, sed analogia et exemplo intellecta 443—455.
De siderum descriptione in caelo deque stato eorum ortu, unde ad prudentiam divinam et fatorum ordinem digreditur 456—538.
Totius mundi dimensio 539—560.
Circulorum caelestium descriptio:
Paralleli; Borealis 560—567.
Cancri 567—574.
Aequator 577—581.
Capricorni 582—588.
Austrinus 589—602.
Coluri 603—631.
Meridianus et Finitor 632—665.
Zodiacus et Galaxia cum digressione de sede heroum caelesti 666—804.
Corollarium de planetis 805—812.
De cometis cum epilogo.

LIBER SECVNDVS.

Exordium 1—149.
Signorum divisio
Mascula et feminea 150—154.

LIBER TERTIVS.

LIBER QVARTVS.

LIBER QVINTVS.

LIBER PRIMUS.

Carmine divinas artis et conscia fati
Sidera, diversos hominum variantia casus,
(Caelestis rationis opus!) deducere mundo
Aggredior, primusque novis Helicona movere
Cantibus et viridi nutantis vertice silvas,
Hospita sacra ferens, nulli memorata priorum.
Hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque;
Qui regis augustis parentem legibus orbem,
Concessumque patri mundum deus ipse mereris,
Das animum, viresque facis ad tanta canenda;
Iam propiusque favet mundus scrutantibus ipsum,
Et cupit aethereos per carmina pandere sensus.
Hoc sub pace vocat; tantum iuvat: ire per ipsum
Aera et immenso spatiantem vivere caelo,
Signaque et adversos stellarum noscere cursus.
Quod solum novisse parum est. impensius ipsa
Scire iuvat magni penitus praecordia mundi,

A. v. 10 canendum v. 12 Et rapit v. 13 vacat tantum.

S. v. 12 Et rapit — census. v. 13 vacat tantum.

B. v. 7 Tu mihi, tu, C. v. 10 Das animos v. 11 Iamque favet mundus propius v. 12 census. v. 13 vacat. iam nunc — per altum — *altum* ex cod. Veneto.

V. v. 1 *artis* unus V. 2 servavit. cett. *artes*. v. 13 *vacat* G. cett. *vocat*; et omnes orationem ut ego dividunt. L. etiam explicationem addit: *ad hoc nos invitat sub pace tua. vacare* apud M. nusquam invenitur; *vocare* i. e. invitare, saepe.

Quaeque regat generetque suis animalia signis,
Cernere, et in numerum Phoebo modulante referre.
Bina mihi positis lucent altaria flammis;
Ad duo templa precor, duplici circumdatus aestu,
Carminis et rerum; certa cum lege canentem
Mundus et immenso vatem circumstrepit orbe,
Vixque soluta suis immittit verba figuris.
Quem primum interius licuit cognoscere terris?
Munera caelestum. Quis enim, condentibus illis,
Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,
Invitis ut dis cuperet deus ipse videri?
Tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;
Per te iam caelum interius, iam sidera nota
Sublimis aperire vias imumque sub orbem,
Et per inane suis parentia finibus astra,
Nominaque et cursus signorum, pondera, vires;
Maior uti facies mundi foret, et veneranda
Non species tantum, sed et ipsa potentia rerum,
Sentirentque deum gentes quam maximus esset.
[Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent
Omnibus et mundi facies caelumque supernum.]
Et natura dedit vires seque ipsa reclusit,
Regales animos primum dignata movere,
Proxima tangentis rerum fastigia caelo;

A. v. 22 certa tum v. 25 infernis — terris M. cael.? v. 31 cael. in terris v. 32 unumque v. 40 Naturaeque dedit

S. v. 22 certa tum v. 25 infernis — terris Munera caelestum? vss. 32, 33 et 34 *posuit ante* vss. 30 et 31. v. 34 Mominaque v. 38 Quis

B. v. 18 Quaque regat terrena v. 25 caelum, Munere caelestum? v. 26 nolentibus illis Cepisset vss. 31 ad 39 *incl. spurios censet.*

V. v. 25 *internis* V. 1 et 2. v. 26 *Munera,* superscr. m. pr. *vel Munere* G. vss. 38 et 39. in omnibus libris desunt. v. 40 *Naturaque dedit* V. 1. C. *Neutra quedit* V. 2. *Et nataruque dedit* L. (superscr. m. pr. *vel Natura*) *Et natura d.* G. et C. in marg. a m. pr. Suspicor: *Naturaeque dedit vires,* ut Mercurius intelligatur. Vs. 37 legam: *qui* maximus esset.

Qui domuere feras gentes oriente sub ipso,
Quas secat Euphrates, in quas et Nilos inundat,
Qua mundus redit et nigras super evolat urbes.
Tunc qui templa sacris coluerunt omne per aevum,
Delectique sacerdotes in publica vota
Officio vinxere deum, quibus ipsa potentis
Numinis accendit castam praesentia mentem,
Inque deum deus ipse tulit patuitque ministris,
Hi tantum movere decus, primique per artem
Sideribus videre vagis pendentia fata.
Singula nam proprio signarunt tempora casu,
Longa per assiduas complexi secula curas:
Nascendi quae cuique dies, quae vita fuisset,
In quas fortunae leges quaeque hora valeret,
Quantaque quam parvi facerent discrimina motus.
Postquam omnis caeli species redeuntibus astris
Praecepta in proprias sedes, et reddita certis
Fatorum ordinibus sua cuique potentia formae;
Per varios usus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam, speculataque longe
Depraendit tacitis dominantia legibus astra,
Et totum aeterna mundi ratione moveri
Fatorumque vices certis discernere signis.
Nam rudis ante illos nullo discrimine vita
In speciem conversa operum ratione carebat,

A. v. 43 Quae v. 44 ferat — Nilus v. 46 Tum v. 48 iunxere deûm v. 51. novere v. 59. Percepta v. 64. alterna m.

S. v. 46 Tum (*tunc* omnes libri.) v. 59 Percepta v. 64 alterna mundum v. 65. discurrere

B. v. 44 inducit, ut spurium. v. 46 Tum v. 55 Nascenti v. 59 Descripta v. 64 alterna mundum v. 65 discurrere

V. v. 43 *Quae* V. 1 et 2. C. v. 44 *Nilos* V. 2 tam in versu ipso, quam in margine. v. 59 *praecepta* i. e. ante capienda erat exemplorum vis, quam ad artem veniretur. Novum est, caeli speciem praecipere *in sedes.* Sed haec et similia saepe in Manilio offendunt, nec corrigendo eximenda sunt. v. 64 *alterna* omnes; recte Scal. *aeterna* coniecit. ter eandem artis laudem repetit: Totum (τὸ πᾶν) signis certis, ratione mundi aeterna, legibus tacitis regitur. Eas leges experientia discernere deprehendit, seu didicit. cf. I, 506.

Et stupefacta novo pendebat lumine mundi, —
Tum velut amissis maerens, tum laeta renatis
Sideribus, — variosque dies incertaque noctis
Tempora, nec similis umbras, iam sole regresso,
Iam propiore, suis poterant discernere causis.
Necdum etiam doctas solertia fecerat artes,
Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis;
Tumque in desertis habitabat montibus aurum,
Immotusque novos pontus subduxerat orbes;
Nec vitam pelago, nec ventis credere vota
Audebant; sed quisque satis novisse putabant.
Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit, et sua quemque
Advigilare sibi iussit fortuna premendo;
Seducta in varias certarunt pectora curas,
Et quodcunque sagax tentando repperit usus,
In commune bonum commentum laeta dederunt.
Tunc et lingua suas accepit barbara leges,
Et fera diversis exercita frugibus arva,
Et vagus in caecum penetravit navita pontum,
Fecit et ignotis itiner commercia terris.
Tum belli pacisque artes commenta vetustas;

A. v. 75 Tuncque v. 76 Ignotusque v. 78 se nosse putabat. v. 83 quaecunque v. 84 dedere. v. 87 v. incertum

S. v. 72 poterat v. 75 Tuncque v. 78 se nosse putabat. v. 84 dedere.

B. v. 72 suis impar disc. v. 78 se quisque satis novisse v. 84 commune novum v. 88 iter in, ex cod. Veneto.

V. v. 72 Ea aetas pendebat stupefacta, causasque discernere poterat. quia *pendere* est nescire, quid iudices; factum est, ut progrediente oratione negatio plena se insinuaret. Facilior foret sententia, si scriberes, vario*sve*. Sed nihil necesse est. v. 78 *se quisque* L. G. *sed* V. 1 et 2 et C. Recte. Hanc enim sententiam totus orationis tenor flagitat. Omissum pronomen *se* excusat aetas et consuetudo scriptoris. v. 82 sententia flagitat: *Diducta.* v. 84 *deder* V. 1. *dedere* V. 2. Sed ita hic cod. saepe, ut videtur, ex sigla, etiam ubi metro repugnat; velut vs. 82 *certare*; ita ut nulla eius hac in re auctoritas sit. v. 87 om. *navita* V. 1. *remige pontum* V. 2, qui idem in margine adscribit: *lingua, remige, itiner.*

Semper enim ex aliis alia proseminat usus.
Nec vulgata canam. linguas didicere volucrum,
Consultare fibras, et rumpere vocibus angues,
Sollicitare umbras imumque Acheronta movere,
In noctemque dies, in lucem vertere noctes.
Omnia conando docilis solertia vicit.
Nec prius imposuit rebus finemque manumque,
Quam caelum ascendit ratio, cepitque profundam
Naturam rerum causis, viditque quod usquam est:
Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore,
Hiberna aestiva nix grandine mollior esset,
Arderent terrae solidusque tremisceret orbis,
Cur imbres ruerent, ventos quae causa moveret,
Pervidit, solvitque animis miracula rerum,
Eripuitque Iovi fulmen, viresque tonantis,
Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.
Quae postquam in proprias deduxit singula causas,
Vicinam ex alto mundi cognoscere molem
Intendit, totumque animo compraendere caelum;
Attribuitque suas formas, sua nomina signis,
Quasque vices agerent certa sub sorte, notavit,
Omniaque ad numen mundi faciemque moveri,
Sideribus vario mutantibus ordine, fata.
Hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratum
Carminibus. Faveat magno Fortuna labori,
Annosa et molli contingat vita senecta,

A. v. 90 alios pros. v. 91 volucrum praedicere linguas v. 96 modumque v. 97 profundis v. 110 sub lege v. 112 variis — facta.

S. v. 90 alias v. 96 modumque

B. v. 91 Ne, ex cod. Gembl. v. 97 profundis N. r. claustris v. 104 tonandi

V. v. 97 *profundum* V. 1, 2 C. *profundam* L. G. v. 103 *solitique acris miracula roris* V. 2. v. 105 *solitum* omnes. *sonitum* libri interpolati et margo L. a m. recenti. v. 108 *Imendum* V. 1, 2. v. 111 *ad numerum mundi* V. 1, 2. speciosius, quam verius. v. 112 *variis* omnes; corr. Scal. — *imitantibus* V. 2. v. 113 *non nullis* L. V. 1, 2. C. *non ullis* G.

Ut possim rerum tantas emergere moles,
Magnaque cum parvis simili percurrere cura.
Et quoniam caelo descendit carmen ab alto,
Et venit in terras fatorum conditus ordo,
Ipsa mihi primum naturae forma canenda est,
Ponendusque sua totus sub imagine mundus.
Quem sive ex nullis repetentem semina rebus
Natali quoque egere placet, semperque fuisse,
Et fore, principio pariter fatoque carentem;
Seu permixta chaos rerum primordia quondam
Discrevit partu mundumque enixa nitentem
Fugit in infernas caligo pulsa tenebras;
Sive individuis, in idem reditura soluta,
Principiis natura manet post saecula mile,
Et paene ex nihilo summum est nihilumque futurum,
Caecaque materies caelum perfecit et orbem;
Sive ignis fabricavit opus flammaeque micantes,
Quae mundi fecere oculos, habitantque per omne
Corpus et in caelo vibrantia fulmina fingunt;
Seu liquor haec peperit, sine quo riget arida rerum
Materies, ipsumque vorat, quo solvitur, ignem;
Aut neque terra patrem novit, nec flamma, nec aer,
Aut humor, faciuntque deum per quattuor artus,
Et mundi struxere globum, prohibentque requiri

A. v. 118 carmen descendit v. 130 summum *om.* est v. 135 hoc v. 136 vocat

S. v. 118 carmen caelo v. 130 sumptum est v. 135 hoc

B. v. 116 evincere v. 118 Ac vs. 128—131 incl. suppositos iudicat. v. 135 hoc v. 136 creat

V. v. 118 *At* V. 1, 2. C. *At* L. sed *A* a rubricatore adpictum, qui idem rubro adpinxit *et.* — *sumptum est* G. *vel sumptum est* superscr. a corr. L. *summum* est τὸ πᾶν, a magnitudine ita nuncupatum, quod argute origini opponit, quae est *paene ex nihilo*, i. e. ex minimae magnitudinis atomis. est autem *nihil futurum*, quia natura, si resoluta est, in *idem* i. e. in atomos, reditura est, quae instar sunt nihili. eaedem atomi *caeca materies* vocantur, quia deorsum cadentes temere et casu conflata corpora effingunt. v. 135 *hoc* L. G. C. *hic* V. 1. *haec* V. 2. v. 139 *prohibetque* omnes.

Ultra se quicquam, cum per se cuncta crearint,
Frigida nec calidis desint, aut humida siccis,
Spiritus aut solidis, sitque haec discordia concors,
Quae nexus habilis et opus generabile fingit,
Atque omnis partus elementa rapacia reddit; —
(Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit
Quod latet, et tantum supra est hominemque deumque;)
Sed facies quaecunque tamen sub origine rerum,
Convenit et certo digestum est ordine corpus:
Ignis in aethereas volucer se sustulit auras,
Summaque complexus stellantis culmina caeli
Flammarum vallo naturae moenia fecit.
Proximus in tenuis descendit spiritus auras,
Aeraque extendit medium per inania mundi;
Ignem flatus alit vicinis subditus astris.
Tertia sors undas stravit fluctusque natantis
Aequora per fudit toto nascentia ponto,

A. v. 140 tum — creantur v. 143 quam — habilisque v. 144 reddunt v. 146 superest — hominumque v. 155 flatusque

S. v. 140 tum — creantur v. 141 ne v. 144 capacia v. 147 quacumque

B. v. 140 creentur v. 144 capacia v. 147 quacumque v. 152 secessit v. 154 ut flatus alat v. 156 Aequoraque effudit

V. v. 140 *creantur* G. C. L. *vel creentur* superscr. a corr. L. *creauit* V. 1. *creaint* V. 2. inde correxi *crearint*, quod sententia flagitat. Quatuor elementa non aliunde nata, sed aeterna, mundum crearunt ipsa per se. v. 143 *Quem* omnes; corr. Scal.; idemque vs. 144 *capacia*, non recte. Nam altera hic concordiae pars additur, discordia, qua eadem elementa, quae modo omnia genuerant, iam rapacia et hostili animo cunctos partus dissolvunt; nam *ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες*, ut ait Empedocles. v. 146 *super est* V. 1, 2. C. *genus* est generatio; *deus* describit deos, quos vulgus veneratur, quos saepe rationi caelesti et mundo opponit. v. 147 *Sed* assumit orationem post parenthesin, qua ignorationem originis professus erat. *quaecumque* codd. recte: quaecumque mundi facies fuit, cum oriretur, (sub origine mundi), nunc convenit, i. e. *ἥρμοσται*. *Devenit* V. 1, 2. v. 152 *tenuas* V. 1. C. *tenues* V. 2. v. 155 *flatusque* V. 1, 2. L. C. *fluctusque* G.: fluctus natantes fudit per aequora toto ponto nascentia. Nam ut aer immotus, spiritus animosus, ita undae et stratae et fluctibus motae, quibus *ὑγρότης γόνιμος* ad astra pervenire possit. *nuscuntur* autem, quia limo implicitus liquor semper ad summum fugit. cf. V, 731.

Ut liquor exhalet, tenuis atque evomat auras,
Aeraque ex ipso ducentem semina pascat.
Ultima subsedit glomerato pondere tellus,
Convenitque vagis permixtus limus arenis,
Paulatim ad summum tenui fugiente liquore;
Quoque magis puras humor secessit in undas,
Et siccata magis strinxerunt aequora terram,
Adiacuitque cavis fluidum convallibus aequor,
Emersere fretis montes orbisque per undas
Exsiliit, vasto clausus tamen undique ponto,
Imaque de cunctis mediam et tenet undique sedem;
Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illo
Tantundem refugit mundus, fecitque cadendo
Undique ne caderet. medium totius et imum est.
Ictaque contra actis consistunt corpora plagis,
Et concurrendo prohibentur longius ire.

A. v. 160 limus permixtus v. 163 terras v. 167 mediam tenet v. 171 contractis v. 172 prohibent in

S. v. 160 limus permixtus v. 163 terras v. 167 mediam tenet v. 168 illa v. 171 contractis v. 172 prohibent in

B. v. 162 in auras v. 163 terrae v. 167 induxit tanquam spurium v. 171 et 172 inducit.

V. v. 158 *Aereque* omnes v. 163 struxerunt G. L. sed nunc de certis terrae finibus agitur, qui laxo et diffluenti limo opponuntur; de terrarum orbe exstructo vs. 165 legemus v. 167 *mediam tenet* omnes. *et* interposui. *Ima* est accus. neutr. ita recte divisa omnia constant. Neque versu carere possumus. Nam cum deinceps doceamur, cur terra sit stabilis, antea stabilem esse docendi eramus. Sidonius Epithal. Pol. 71 sqq. imitatur hunc locum. v. 171 *contractis* omnes. Ego solvens scripsi *contra actis*: Quia in terram solidiores particulae undique cadunt, fit ut ulterius ire non possint. *ictus* vel *plaga* occursus atomorum plerumque vocatur; cf. Lucret. I, 529: *Haec neque dissolvi* plagis *extrinsecus* icta *possunt.* plagae contra actae sunt e contrario semper impulsae. Sed oratio diffluit. nam post comprehensionem: medium totius et imum est, non potest pergi per *que*: *Ictaque* etc. Quod vitium eximi facile potest: fecitque cadendo undique ne caderet medium totius et imum, Ictaque contra actis etc. pendet oratio a *quia*. Verum tam saepe laxa est Manilii oratio, ut verear, ne poetam, non librarios, corrigamus. v. 172 *prohibent in* omnes; sed *prohibetur in* V. 2. correxit Huetius.

Quodni librato penderet pondere tellus,
Non ageret cursus, mundi subeuntibus astris,
Phoebus ad occasum, et nunquam remearet ad ortus,
Lunave submersos regeret per inania cursus,
Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,
Hesperos immerso dederat qui lumen Olympo.
Nunc quia non imo tellus deiecta profundo,
Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta,
Qua cadat et subeat caelum rursusque resurgat.
Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris,
Nec totiens possum nascentem credere mundum,
Solisve assiduos partus et fata diurna;
Cum facies eadem signis per saecula constet,
Idem Phoebus eat caeli de partibus isdem,
Lunaque per totidem luces mutetur et orbes,
Et natura vias servet, quas fecerat ipsa,
Nec tirocinio peccet, circumque feratur
Aeterna cum luce dies, qui tempora monstrat
Nunc his nunc illis eadem regionibus orbis,
Semper et ulterior vadentibus ortus ad ortum,

A. v. 173 nisi v. 178 Hesperus v. 181 Q. caderet, sub. v. 184 facta v. 190 quod v. 192 ulterius — ad ortus

S. v. 173 nisi v. 181 qua caderet, subeat et collocat post vs. 185. v. 190 quod — monstrant v. 192 ulterius

B. v. 173 nisi v. 174 currus v. 175 ab occasu v. 176 induxit. v. 178 emenso

V. v. 173 *ni* omnes — *inmenso* L. *immenso* G. V. 1. *inmso* V. 2. immersus Olympus est, quia dum Sol infra nos per inania commeat, obscurati ad id Hesperi radii fulgent. mergere et composita amat Man., sed saepe librarii eripiunt, cf. I, 830; II, 46; III, 205. v. 181 *qua caderet, subeat* omnes. correxit cum aliis Bentl. Ego tam suppositum puto, quam II, 650: *Distat enim, surgatne eadem subeatne cadatne.* Corrigebam olim: *Qua* latera *et subeat.* Latera mundi frequentia sunt ap. Man. — post vs. 186 inseruntur vs. 690, 91, 92 in V. 1, 2. C. iidemque in marg. L. adscripti, sed erasi sunt. v. 190 *quod — monstrant* L. G. C. *qui — monstrant* V. 1, 2. corr. Bentl. v. 192 *ad ortus* omnes, sed *et ort.* V. 2.

Occasumve obitus, caelum et cum sole perennet.
Nec vero tibi natura admiranda videri
Pendentis terrae debet, cum pendeat ipse
Mundus et in nullo ponat vestigia fundo.
Quod patet ex ipso motu cursuque volantis.
Cum suspensus eat Phoebus cursumque reflectat
Huc illuc, agiles et servet in aethere metas,
Cum luna et stellae volitent per inania mundi;
Terra quoque aerias leges imitata pependit.
Est igitur tellus mediam sortita cavernam
Aeris et toto pariter sublata profundo;
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
Undique surgentem pariter pariterque cadentem.
Haec est naturae facies; sic mundus et ipse
In convexa volans teretes facit esse figuras
Stellarum; solisque orbem lunaeque rotundum
Aspicimus, tumido quaerentis corpore lumen,
Quod globus obliquos totus non accipit ignes.
Haec aeterna manet divisque simillima forma,
Cui neque principium est usquam, neque finis in ipso,
Sed similis toto remanet perque omnia par est.

A. v. 193 Occ. ortus v. 212 nec

S. v. 193 Occasumque — caelo v. 203 suspensa v. 212 nec finis

B. v. 193 caelum c. s. pererret. v. 197 inducit. v. 198 currusque v. 202 mediam tellus v. 203 e toto v. 206 Haec et v. 212 nec finis in ipsa; Sed similis toto ore sibi

V. v. 193 *Occ. ortus* V. 1, 2. *ortibus* C. Hoc vult: Ad ortum occasumve vadentibus ulterior semper ortus obitusve, et caelum nunquam sine sole erit. Sed in antithesi: Ad ortum vadentibus ortus, *ad* occasum obitus etc. alterum *ad* omitti Latine non posse apparet. Accedit, quod sententia aberrat; nam cum ex certissimo siderum cursu quotidianos eorum partus refutet, non potest ita in argumento pergere: *et* sol in caelo perennat; id enim ipsum probatum ibat. poterat exempli instar addere: *ita ut* perpetuus solis comes eum nunquam in coelo desideraturus sit. Id vero pessimum est, quod sententia simul absurda est. qui enim soli orienti obviam ibit, (ad ortum vadenti) ei citissime occidet. Fugiendus est sol oriens, prosequendus occidens ei, qui eundem eius adspectum desiderat. Spurium igitur versum utrumque iudico. v. 201 *ethereas* V. 2. v. 212 *nec* L. G. C. *neque* V. 1, 2.

Sic tellus glomerata manet mundumque figurat.
Idcirco terris non omnibus omnia signa
Conspicimus. nusquam invenies fulgere Canopum
Donec Niliacas per pontum veneris oras;
Sed quaerent Helicen, quibus ille supervenit ignis,
Quod laterum tractus habitant, medioque tumore
Eripiunt terrae caelum visusque coercent.
Te testem dat, Luna, sui glomerabilis orbis,
Quae cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
Non omnis pariter confundis sidere gentes,
Sed prius Eoae quaerunt tua lumina gentes,
Post, medio subiecta polo quaecunque coluntur,
Ultima ad hesperios infectis volveris alis,

A. v. 214 Sic stellis — manent — figurant. v. 219 Qui — mediique tumores

S. v. 214 Sic stellis — mundoque figura. v. 219 Qui — mediique tumores

B. v. 214 inducit. v. 219 tractus obstant v. 221 glomeraminis v. 224 lumina terrae v. 225 et 226 inducit.

V. v. 214 *stellis* — *manent* — *figurant* omnes. Ego correxi: Hac sententia: *Natura* vs. 206 naturae universitatem complectitur, quam Stoici finitam posuere. cf. Cleom. cycl. theor. I, c. 1, ibique J. Bake, pg. 259. Eius partes et ipsae rotundae sunt, tam *mundus* vs. 206, i. e. caelum, quam *tellus* versu nostro. Ea partitio utroque loco per *Sic* inducitur. probat deinceps mundum esse teretem et ex solis lunaeque defectionibus; (*facere* vs. 207 est probare;) et quod rotunda forma perfectissima sit; neque enim esse in ea aut principium aut finem, sed toto sibi similem manere. Blandae sunt Bentl. coniecturae: *in ipsa* et *toto ore* vs. 212 et 13. Post haec igitur addit: *Sic tellus* etc. *Figurat* autem tellus *mundum*, quia, cum ipsa rotunda in medio totius mundi pendeat, ac cetera circa se agat et torqueat, eandem figuram caelo imponit, ex Stoic. sententia: *οἱ Στωικοί φασιν ἐκ τῆς γῆς τὴν ἔξωθεν γίνεσθαι πρῶτον περιφοράν. ἐπεὶ γὰρ ἡ γῆ κέντρου τάξιν ἔχει, ὥσπερ ἀπὸ κέντρου κύκλος γίνεται, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς γῆς εἰκὸς ἔξω περιφέρειαν γεγονέναι.* Ach. Tat. pag. 131. ed. Patav. A Chrysippo esse eam doctrinam, ex eod. Ach. concludas, pag. 126. v. 215 Et in tota argumentorum serie et in singulis conspirat ac commentarii instar est Mart. Cap. L. VI, p. 126 ed. Vulcan. v. 220 *visumque* V. 2. fortasse verius. v. 222 *deficit* L. V. 1, 2. C. v. 223 *confundit* iidem. v. 226 transponit versuum 226, 27, 28 ordinem L. adpictis literis d. c. b. eumque referunt V. 1, 2. C.

Sacraque in extremis quatiuntur gentibus aera.
Quodsi plana foret tellus, semel orta per omnem
Deficeret pariter toto miserabilis orbi.
Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis apparet Delia terris
Exoriens simul atque cadens; quia fertur in orbem
Ventris, et acclivis pariter declivia iungit,
Atque alios superat gyros aliosque relinquit.
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.
Hanc circum variae gentes hominum atque ferarum,
Aeriaeque colunt volucres. pars eius ad Arctos
Eminet, austrinis pars est habitabilis oris,
Sub pedibusque iacet nostris, supraque videtur
Ipsa sibi, fallente solo declivia longa,
Et pariter surgente via, pariterque cadente.
Hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,
Illic orta dies sopitas excitat urbes,
Et cum luce refert operum vadimonia terris,
Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus.
Pontus utrosque suis distinguit et alligat undis.
Hoc opus, immensi constructum corpore mundi,
Membraque naturae diversa condita forma,
(Aeris, atque ignis, terrae, pelagique iacentis)
Vis animae divina regit, sacroque meatu
Conspirat deus et tacita ratione gubernat,

A. v. 227 Seraque v. 228 icta — omnes v. 229 orbe

S. v. 227 Seraque v. 228 Simul icta p. omnes v. 229 toti v. 242 Hinc ubi ab occasu v. 245 somno sic

B. v. 227 Seraque — finibus aera v. 229 Deficeres — toti v. 235 inducit. v. 243 alma dies v. 245 inducit. v. 246 utrasque — disiungit

V. v. 227 *Seraque* omnes praeter V. 2, qui *Sacraque* v. 229 *toto* omnes; *vel toti* superscr. a corr. L. — *orbi* antiquus abl. est ut alii ap. Man. v. 233 De *ventre* cf. Vitruv. VIII, 6, 5. v. 237 Curta oratio, nec Latina est: Terrae habitabilis pars ad Arctos eminet, pars austrinis oris est. v. 245 *et membra* V. 1, 2. erroris viam V. 2. aperit; nam habet, *t*; volebat, ī. *somnos in* G. v. 246 *pontus* non finitor est, is enim mutabilis est, sed oceanus; is *distinguit* finibus, et *alligat,* non commercio, sed quia unius corporis partes sociat.

Et multa in cunctas dispensat foedera partis,
Altera ut alterius vires faciatque feratque,
Summaque per varias maneat cognata figuras.
Nunc tibi signorum lucentis undique flammas
Ordinibus certis referam. primumque canentur
Quae media obliquo praecingunt ordine mundum,
Solemque alternis vicibus per tempora portant,
Atque alia adverso luctantia sidera mundo
Omnia, quae possis caelo numerare sereno,
E quibus et ratio fatorum ducitur omnis;
Ut sit idem mundi primum quod continet arcem.
Aurato princeps Aries in vellere fulgens,
Respicit admirans aversum surgere Taurum,
Summisso vultu Geminos et fronte notantem.

A. v. 253 Alter v. 257 obliquum v. 260 variare v. 264 adversum v. 265 vocantem

S. v. 253 Alter v. 265 vocantem

B. v. 252 Mutuaque v. 257 media v. 262 idem primum, mundi v. 265 vocantem

V. v. 252 *pacis* V. 2. v. 253 *Alter* omnes. corr. Bentl. *Vis animae* supremum illud et indefinitum numen est, a quo sunt omnia; *deus* autem, *qui sacro meatu conspirat*, mundus est i. e. caelum et sidera, a quo cuncta reguntur. eius *multa foedera*, ut recte Pingreus, siderum visus, auditus, aspectus, odia etc. significant. *partes* igitur, quae foedere iunguntur, ipsa caelestia signa sunt; earum alterae *vires faciunt*, alterae *ferunt*, i. e. auferunt. quamquam autem ita singula pugnant, *summa* tamen per omnia similis manet. v. 262 *mundi primum* est caeli praestantissimum, zodiacus et planetae. Quod Bentl. intulit, iam vs. 256 legimus: *primumque canentur*. Non dubitabis, quin sit legendum, *quod continet artem*, si sententiarum progressum ceperis. v. 264 *adversum* omnes. Corr. Scal.; cum clunes, ut ait, Tauri Arieti sint oppositae. v. 265 *vocantem* ceteri, *notantem* V. 2. Si *vocantem* probabis, *submissum* vultum intellige vel inclinatum vel etiam humilem iugoque recipiendo paratum. Si *notantem*, vultus erit praelia minitantis Tauri, irascentisque in cornua, ut ap. Sil. V, 310 *submissoi* leonis artus. eodemque refero *frontis* mentionem, in qua illius belluae vires minaeque sunt positae. Neque ea de re quisquam dubitabit, qui eadem verba ap. Petron. in aliam rem versa leget, c. 126: *hunc erat a torva summittere cornua fronte* etc. Fabulae etiam utramvis interpretationem admittunt; siquidem Taurus apud alios Europae vector, apud alios Marathonius taurus est; eademque fabb. varietas in Geminis, qui aliis Castor et Pollux sunt, aliis Hercules et Apollo, cf. IV, 756. Consuetudo poetarum ad vul-

Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem;
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro.
In cuius caudam contento dirigit arcu
Mixtus equo, volucrem missurus iamque sagittam.
Tum venit angusto Capricornus sidere flexus;
Post hunc inflexam defundit Aquarius urnam,
Piscibus assuetas avide subeuntibus undas,
Quos Aries tangit cludentis ultima signa.
Atqui fulgentis caelo cum surgis ad Arctos, —
Omnia quae summo despectant sidera caelo,
Nec norunt obitus, unoque in vertice, tantum

A. v. 269 contentum — arcum v. 272 diffundit v. 274 claudentes v. 275 consurgit

S. v. 274 claudentes v. 275 At qui — consurgit v. 276 sidera mundo

B. v. 269 contentum — arcum v. 270 iam mittens iamque sagittam v. 271 sidere frigens v. 274 claudentes post vs. 274 ponit vss. 532 — 38, quia *aequali tractu* interpretatur aequali spatio. est autem cursus certus neque unquam aberrans, ut vs. 537. v. 275 At qua — consurgit v. 276 quae e — sid. mundo v. 277 et 78 inducit.

V. tum humilem nos vocaret, sed novus saepe Man. est. Masculam libidinem tangi vix credam; quamquam eam verba non spernunt. nam oritur taurus *aversus*, et cf. IV, 518 sqq.; nec abhorret ab ea re *submittere*, et *habitat sub fronte cupido*, ut de eodem ait IV, 151. cf. V, 140. Si quis hanc interpretationem praeferat, *vocantem* interpretabitur, invitantem. v. 268 *attrahit*, quia Scorpii dodecatemorion in Libra finitur, unde Chelarum nomine etiam Libra intelligitur. Scal. v. 269 *dirigere* absolute cf. IV, 323. Salm. ad Flav. Vop. c. 19. Appul. Met. I, p. 131 ed. Oudend. v. 270 cogita Centauri antiquissimam figuram, Erath. 28. *Οὗτος δ' ἀνὴρ ὢν σκέλη ἔχει ἵππου καὶ κέρκον καθάπερ οἱ σάτυροι.* illud *iamque* aperte falsum; auxilium proclive; scribe: volucrem missurus iamque sagittam *est.* Metathesis in *que* familiaris Manilio. v. 271 *angusto sid.* quia brevissima ἀστροθεσία est: cf. II, 252. *flexus*, in piscem desinens, cf. IV, 294. Caesaris aevo id inventum tribuit Voss. ad Arat. 284. Sed iam Eratosthenes noverat, cf. c. 27. — *diffundit* L. G. C. *infundit* V. 1, 2. corr. Scal.; haurit effusam aquam piscis notius. v. 274 *cludentis* L. *ludentis* V. 1, 2. v. 275 *consurgit* omnes. Ego correxi. v. 276 *mundo* L. G. C. *caelo* V. 1, 2. v. 277 *tantum*, ut Bentl., vitiosum habeo; id etiam vitiosum, *in* vertice torquent. corrigo: Nec norunt obitus, unoque in vertice *scandunt* in diversa *sitae*, caelumque et sid. torquent. *Scandere* et in ursis et in re proprie; ac familiare Man. verbum, cf. I, 372; IV, 536; II, 870. Veram etiam censeo emendationem Jo. Schraderi in Advers. mss. quae Berolini asservantur: caelumque et sidera *torquens* — Axis. Sic molesta parenthesis tollitur et lenius procedit oratio.

In diversa situ, caelumque et sidera torquent, —
Aera per gelidum tenuis deducitur axis,
Libratumque regit diverso cardine mundum;
Sidereus circa medium quem volvitur orbis,
Aethereosque rotat cursus; immotus at ille
In binas Arctos magni per inania mundi
Perque ipsum terrae directus constitit orbem.
Nec vero e solido stant robora corporis ei,
Nec grave pondus habet, quod onus ferat aetheris alti;
Sed cum aer omnis semper volvatur in orbem,
Quoque semel coepit, totus volet undique in ipsum,
Quodcunque in medio est, circa quod cuncta moventur,
Usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum,
Nec iam inclinari nec se convertere in orbem,
Hoc dixere axem, quia motum non habet ullum,
Ipse videt circa volitantia cuncta moveri.
Summa tenent eius miseris notissima nautis
Signa per immensum cupidos ducentia pontum;
Maioremque Helice maior decircinat arcum,
(Septem illam stellae certantes lumine signant)
Qua duce per fluctus Graiae dant vela carinae;
Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,
Quam spatio, tam luce minor; sed iudice vincit
Maiorem Tyrio. Poenis haec certior auctor,
Non apparentem pelago quaerentibus orbem.
Nec paribus positae sunt frontibus; utraque caudam
Vergit in alterius rostro, sequiturque sequentem.

A. v. 284 conspicit v. 285 stat robore — eius v. 296 arcton v. 298 Gratiae v. 300 Tam — quam

S. v. 278 sitae v. 280 gerit v. 285 stat robur corporis eius v. 290 id ipsum v. 296 Maiorem quem v. 300 Tam — quam

B. v. 283 Austrinas v. 284 conspicit v. 285 solidus stat robore corporis axis v. 291 inducit. v. 302 oram. v. 304 rostrum

V. v. 284 *conspicit* omnes. corr. Scal. *Austrinae* Bentl. Arctoe. alteras nobis non recte eripiunt. v. 285 *stat robore* omnes. *eius* V. 1, 2. *ei* L. G. C. corr. Weber in Corp. Poett. v. 296 *arctum* L. V. 1. G. C. *arcton* V. 2. corr. Scal. v. 304 De *vergendo* cf. ad Lucan. I, 54 Cort. et Oudend. et hunc ad Appul. Met. pag. 598.

Has inter fusus circumque amplexus utramque
Dividit et cingit stellis ardentibus Anguis,
Ne coeant abeantve suis a sedibus unquam.
Hunc inter mediumque orbem, quo sidera septem
Per bis sena volant contra nitentia signa,
Mixta ex diversis consurgunt viribus astra,
Hinc vicina poli caelique hinc proxima flammis;
Quae quia dissimilis, qua pugnat, temperat aer,
Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.
Proxima frigentis Arctos boreamque rigentem
Nixa venit species genibus, sibi conscia causae.
A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,
Quod similis iunctis instat de more iuvencis,
Arcturumque rapit medio sub pectore secum.
At parte ex alia claro volat orbe Corona,
Luce micans varia; nam stella vincitur una

A. v. 305 interfusus — utrunque v. 311 polo v. 312 pugnant v. 317 Qui sim.

S. v. 305 interfusus — utrumque v. 311 polis

B. v. 306 et iungit squamis v. 311 vicina gelu v. 314 fulgentes v. 317 stimulis

V. v. 308 *Hunc* i. e. Anguem, quo nunc circulum arcticum describit, ut per *medium orbem* zonam torridam, quia de circulis nondum docuit. Quum autem zonam temperatam utramque tangat, vs. 311, apparet iam hic anguem poni austrinum, de quo agit vs. 452. Scaligeri correctionem *polis* veram iudico, quamquam enim poli nomine uterque intelligi commode potest, non tamen, ut Bentl. vidit, *vicinum* cum secundo casu copulat Man. v. 313 ornatum petit a verborum aenigmate: Ea astra orbem frugiferum reddunt aere temperato. is enim et caeli ardoribus et frigori dissimilis est, quia utrisque pugnat. v. 316 ante 314 omnes collocant; recentes libri melius. v. 314 *frigentes* L. G. C. V. 1. cf. V, 646. *similis* scil. bubulci, *de more* bubulci instat. non minus dure supra, vs. 312, *dissimilis*. ergo ne hic quidem quidquam corrigendum, quia forte fortuna *stimulis* et *similis* non longe distant. accedit, quod *is* longa, ter repetita, nequaquam elegans est. v. 319 *parte ex alia* ad Arcturum referes; is *sub pectore* rapitur, *alia ex parte* Arctophylacis, Corona. Verius fortasse Coronam et Lyram, i. e. vss. 319—323 et 324—330 locum mutasse dixeris. Nam ita, si sphaeram consulis, descriptionem instituit: Proximus Angui Engonasin; huic vicinus Bootes; deinde in utroque latere Engonasin quasi comites hinc Coronam, illiuc Lyram habet; denique quasi concludens orbem sub omnibus Ophiuchus est.

Circulus in medio radians, quae maxima fronte
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma;
Gnosia desertae fulgent monumenta puellae.
Et Lyra deductis per caelum cornibus inter
Sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos
Fecit iter domuitque infernas carmine leges.
Hinc caelestis honos similisque potentia causae:
Tunc silvas et saxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit inmensum mundi revolubilis orbem.
Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis
Dividit, et iam toto urgentem corpore corpus
Explicat, et nodos sinuataque terga per orbes
Respicit, ille tamen molli cervice reflexus
Exsilit, effusis per laxa volumina palmis

A. v. 321 proxima v. 325 coeperat v. 328 Huic v. 332 D. et toto mergentem v. 333 ut nod. v. 335 Et dedit

S. v. 321 media — quae proxima v. 323 et fulgent v. 324 At — diductis v. 325 coeperat v. 328 Huic v. 332 Dividit et toto merg. vs. 334 et 35 ordine mutat. v. 335 Expedit

B. v. 321 media radiat — des. quondam mon. v. 324 At — diductis v. 331 S. Graiis ophiuchos — dictus v. 332 D. atque etiam toto ingens — orbes. v. 334 Resp. ille — Et redit, elusis

V. v. 321 *quem maxima* V. 1. 2. *media* G. Hinc est Bentl. correctio: *Circulus, in media radiat quae* etc. Sed auctoritate ceteri libri praestant, et utraque scriptura proba. v. 323 *et fulgent* G. L. C. om. *et* V. 1. 2. fortasse *effulgent*. v. 324 *Et Lyra,* omnes. *deducta,* omnes; i. e. descripta; nisi mavis lyram in caelum, tanquam domum suam deductam interpretari. etiam deorsum ductam intelligere poteris; nam inversa in caelo lyra est, cuius ante cornua quam testudo appareat. *intra* V. 1. 2. *int̄* L. v. 332 *ingentem* L. V. 1. 2. C. *atque etiam toto ingens* G. interpolatus. *mergentem* libri recentes. *urgentem* correxi. v. 333 *Explicet* L. vel *at* G. *Expliciet* C. *Explicat* V. 1. 2. *ut* L. V. 1. 2. C. *et* G. v. 335 *Et dedit* omnes. *Exsilit* ego correxi. *urget* anguis, nam toto corpore medium illum cingit et amplectitur. Hinc illum explicat et nodos respicit Anguitenens. cf. Sphaeram. Anguis vero *molli*, i. e. lubrica cervice reflexus *Exsilit*; ut I, 848 Cometae *iaculantur* crinibus ignes *Exsiliuntque*. plane ut Anguis sese eiaculat. cf. I, 166. de terra surgente. *effusis palmis* explico: dum Ophiuchi manus ingens corpus explicaturae longe per laxa volumina porriguntur; ut sunt *effusa* corpora *porrecta*. Blandum tamen inventum Bentleii, *elusis*.

Semper erit par et bellum, quia viribus aequant.
Proxima sors Cygni, quem caelo Iuppiter ipse
Imposuit, formae pretium, qua cepit amantem;
Cum deus in niveum descendit versus olorem,
Tergaque fidenti subiecit plumea Ledae.
Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.
Hinc imitata nitent cursumque habitumque Sagittae
Sidera. tum magni Iovis ales fertur in altum,
Assueto volitans gestet ceu fulmina mundo,
Digna Iove et caelo, quod sacris instruit armis.
Tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra,
Oceani caelique decus, per utrumque sacratus.
Quem rapido conatus Equus comprendere cursu
Festinat, pectus fulgenti sidere clarus.
Et finitur in Andromedam; [quam Perseus armis
Eripit et sociat sibi, cui] succedit iniquo

A. v. 336 paribus v. 342 deductas v. 350 Andromeda

S. v. 336 paribus v. 344 mundi v. 350 Andromeda — Perseos armus Excipit

B. v. 336 inducit. v. 338—340 formae pretio — sidenti v. 350 Andromeda — *Ibid.* quam — cui, spuria esse vidit.

V. v. 336 *paribus* omnes. ego correxi. *par bellum* est, quia viribus aequant. In ceteris ferina ab humanis vincuntur astris. Hic fortasse sequitur Hegesianactem, cf. Hygin. P. A. II, 14, qui anguem Cereris draconem esse ait, ob Triptolemi ultionem immissum. divini igitur numinis instar est. v. 338 pretio G. v. 340 *plurima* omnes. Ceterum Ledam tergo vectam nusquam me legere commemini. Ledam fortasse et Nemesin, ut alii, miscuit. v. 341 *deductas* omnes; corr. Scal. v. 344 *mundi* omnes; corr. Bentl. aliter Gembl. *assueto — gestet cui* (sc. Iovi) *fulmina mundi*, ingeniose! sed vide reliquam orationem, *Iovis ales*, *Digna Iove*, ut videas, cui perverse illatum. v. 350 *in Andromeda* L. G. C. accusativus doctior est in V. 1. 2. — *Quam — cui* recte Bentl. damnavit, nam et barbara sunt et sequitur Perseus vs. 358. Addita autem a librariis eius astrothesia, quia versuum ordo male mutatus Perseum quoque eripuerat. v. 351 *iniquo spatio divisum*, quia Deltoton ἰσοσκελὲς est. Sed pars descriptionis per fictam Persei figuram nobis erepta videtur. Id monstrat, *divisus*, quod omnes tuentur, Lips. etiam explicat, sc. triangulus. deinde manca figurae explicatio est, quam correctione frustra eximere Bentl. studuit, dum pro *lampade* (sic recte V. 2. cett. *lampada*) scribit *linea*. sed ut *divisus* triangulum, ita *tertia lineam* perdidit. Aut ita statues, aut etiam descriptionem Deltoti ab interpo-

Divisus spatio, quod tertia lampade dispar
Conspicitur paribus, Deltoton nomine sidus,
Ex simili dictum. Cepheusque et Cassiepia
In poenas signata suas, iuxtaque relictam
Andromedam, vastos metuentem Pristis hiatus,
Expositam ponto deflet scopulisque revinctam,
Ni veterem Perseus caelo quoque servet amorem
Auxilioque iuvet, fugiendaque Gorgonis ora
Sustineat spoliumque sibi pestemque videnti.
Tum vicina ferens nixo vestigia Tauro
Heniochus, studio mundumque et nomen adeptus,
Quem primo curru volitantem Iuppiter alto
Quadriiugis conspexit equis caeloque sacravit.
Tunc subeunt Hoedi cludentes sidere pontum,
Nobilis et mundi nutrito rege Capella,
Cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum,

A. v. 352 terna v. 354 sequuntur vs. 399 ad 442. v. 356 piscis v. 358 Ne v. 360 testemque v. 361 flexo v. 363 primum v. 365 Tum — claudentes v. 366 Nubibus

S. v. 352 Divisum — quoi — lampada — Cassiepea v. 356 Piscis v. 358 Ne v. 360 testemque v. 363 primum v. 365 Tum — claudentes

B. v. 352 Divisum — tert. linea v. 355 relicta — Andromede — metuat iam v. 357 inducit. v. 365 claudentes

V. latore venisse dicas, ut legas: *Et finitur in Andromedam; succedit iniquo Divisum spatio Deltoton nomine sidus, Ex simili dictum.* — Post hunc vs. 354 sequuntur in omnibus vs. 399—442 incl. Id est, in eo cod., unde nostri omnes venerunt, 22 versus in singulis paginis erant scripti, et folium posterius casu et errore prius factum est. Ordinem verum restituit Scal. v. 355 *relictam Andromedam expositam deflet* nemo ferat, eoque minus, quod *relicta* (in scopulis) et *exposita* (belluae) eodem fere redeunt. *relicta* videtur corrigendum. Cassiepia *in poenas* iuxta relicta est in astris, ac filiam deflet.
v. 356 *piscis* L. G. C. V. 1. *pistis* V. 2. corr. Bentl. v. 358 *In vet.* L. G. C. *Ni* V. 1. 2. *Ni,* ut saepe, levi structurae mutatione locum particulae *sed* occupat: Metuit Andr. *sed* servat amorem P. Ex multis exemplis unum, cf. Virg. Georg. IV, 455. v. 360 *testemque* omnes. *pestemque* proposuit Lannoius apud Fr. Iunium, recepit Bentl. v. 361 *nexo* omnes. corr. Scal. v. 363 *primo* omnes.
v. 365 *Tunc* omnes; *vel Hunc,* superscr. L. Fortasse vere; subeunt enim eum Hoedi, et in eius sinu Capella est. *cludentes* omnes. *Pontus non finitor est,* sed pontus hieme clausus. v. 366 *Nubilis* C. L. V. 1. 2.

Lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi;
Hanc ergo aeternis merito sacravit in astris
Iuppiter et caeli caelum mercede rependit;
Pleiadesque Hyadesque, feri pars iuraque Tauri
In boream scandunt. Haec sunt aquilonia signa.
Aspice nnnc infra solis surgentia cursus,
Quae super exustas labuntur sidera terras,
Quaeque intra gelidum Capricorni sidus et axem
Imo subnixum vertuntur lumina mundo;
Altera pars orbis sub quis iacet invia nobis
Ignotaeque hominum gentes, nec transita regna,
Commune ex uno lumen ducentia sole,
Diversasque umbras laevamque cadentia signa,
Et dextros ortus caelo spectantia verso.
Nec minor est illis mundus, nec lumine peior,
Nec numerosa minus nascuntur sidera in orbe.
Cetera non cedunt; uno vincuntur in astro
Augusto, sidus nostro quod contigit orbi;
Caesar nunc terris, post caelo maximus auctor.
Cernere vicinum Geminis licet Oriona,
In magnam caeli tendentem brachia partem,
Nec minus extento surgentem sidera passu;
Singula fulgentes humeros cui lumina signant,
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.
At caput Orion excelso immensus Olympo

A. v. 371 Pleides — utraque v. 377 sub aquis v. 380 laevaque v. 389 ad sidera v. 392 Ad c.

S. v. 371 Pleiades — utraque v. 375 et axe v. 376 sidera mundum vs. 377 ad 386 incl. relegavit post vs. 446 Quae etc. refutat Bentl. v. 377 sub aquis v. 382 laevaque v. 389 ad sidera

B. v. 371 et 72 proscribit v. 382 laevaque v. 383 in orbem v. 385 qui v. 388 pandentem v. 389 ad sid. v. 392 immersus

V. v. 371 *Pleiadesque* omnes. *utraque* V. 1. 2. G. C. *iuraque* L. quia in Tauro sunt, eius in iure dicuntur esse et adnumerandae ad aquilonia signa; *scandunt* igitur in boream et illuc properant, quamquam austrinis proximae. Defendit a Bentl. Pingreus. v. 376 sidera mund. G. v. 377 *sub quis* omnes. v. 380 *laevamque* omnes. v. 389 *surgentem sidera* omnes.

Per tria subducto signatur lumina vultu;
Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant.
Hoc duce per totum decurrunt sidera mundum.
Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
Qua nullum terris violentius advenit astrum
Nec gravius cedit; vecors dum frigore surgit,
Ac vacuum solis fulgentem deserit orbem;
Sic in utrumque movet mundum et contraria reddit.
Hanc quam surgentem primo cum redditur ortu
Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
Eventus frugum varios et tempora dicunt,
Quaeque valitudo veniat, concordia quanta;
Bella facit, pacemque refert, varieque revertens,
Sic movet, ut vidit mundum, vultuque gubernat.
Magna fides hoc posse color cursusque micantis
In radios: vix sole minor, nisi quod procul haerens
Frigida caeruleo contorquet lumina vultu.
Cetera vincuntur specie, nec clarius astrum
Tinguitur oceano, caelumve revisit ab undis.
Tunc Procyon veloxque Lepus; tum nobilis Argo,
In caelum subducta mari, quod prima cucurrit,
Emeritum magnis mundum tenet acta periclis;
Servando dea facta deos. Cui proximus Anguis

A. v. 398 non horrens v. 399 Nec v. 401 H. qui v. 412 Tum — et v. 414 procellis

S. v. 393 subductos — vultus v. 398 nec horrens v. 399 Nec — et post 400 collocat. v. 401 H. qui v. 412 Tum

B. v. 395 per notium v. 398 — 400 inducit. v. 401 H. qui v. 403 Proventus — discunt v. 414 Emerita et m. tandem defuncta

V. v. 398 *nec horrida* L. G. C. *nec hordum* V. 1. 2. Hinc correxi *uecors dum*. *saevit* G. aperte interpolatus. v. 399 *Haec* omnes, quia ad Cassiepiam vs. referebatur. *Ac* ego scripsi. Surgit canicula vecors frigore — argutatur in cane, non prae aestu, sed prae frigore rabida. similiterque orbem deserit fulgentem quidem, sed velut vacuum solis prae frigore. *Surgere* non *ortum primum* notat, sed diurnum, ut vs. 401 totum per diem ab ortu ad occasum frigore saevit occidens. v. 401 Hanc *qui* G. *quam* ceteri; recte, *quam* est, *qualem*; omittitur in apodosi, *ita* exemplo haud raro: qualem surgentem vident, ita praedicunt. v. 403 *ducunt* G. v. 407 *haec* V. 1. 2.

Squamea dispositis imitatur lumina flammis.
Et Phoebo sacer Ales; et una gratus Iaccho
Crater; et duplici Centaurus imagine fulget,
Pars hominis, tergo pectus commissus equino.
Ipsius hinc mundo templum est, victrixque solutis
Ara nitet sacris, vastos cum terra gigantes
In caelum furibunda tulit; tum di quoque magnos
Quaesivere deos; dubitavit Iuppiter ipse,
Quod poterat non posse timens, cum surgere terram
Cerneret et verti naturam crederet omnem,
Montibus atque aliis aggestos crescere montes,
Et tam vicinos fugientia sidera, at ollis
Arma importantes e rupta matre creatos,
Discordes vultum permixtaque corpora partus.
Necdum pestiferum sibi quemquam aut numina norant
Si qua forent maiora suis. Tunc Iuppiter Arae
Sidera constituit, quae nunc quoque maxima fulgent.
Quam propter Cetus convolvens squamea terga
Orbibus insurgit tortis et fluctuat alvo,
Intentans morsum, similis iam iamque tenenti,

A. v. 417 et magno v. 422 tumidi v. 427 sid. collis v. 428 et rupta v. 429 vultu v. 430 Hostiferum necdum, *om.* aut v. 433 Quapropter v. 435 morsu

S. v. 420 mundi v. 427 sid. colles v. 428 et r. v. 429 vultu v. 430 Hostif. necd. *om.* aut.

B. v. 416 tergora fl. v. 419 P. iuvenis v. 420 mundi v. 421 gigantas v. 422 cum di v. 427 Et iam vicinas — moles. v. 428, 29 proscribit. v. 430 Necdum hostile sibi quicquam, nec — norat v. 432 fulget v. 435 proscribit.

V. v. 420 *mundo* omnes. Mundo est templum ipsius, sc. mundi. Plane Maniliana oratio. v. 422 *tumidi* omnes. corr. Scal. v. 427 *sidera colles* omnes. Ego correxi, *at ollis* scil. sideribus, i. e. deis. Non quidem ea forma, *ollis* ap. Man. legitur, sed haud dubie a librariis, ut multa vitia Vossiani aperiunt, nobis erepta est. Recte Gloss. Lips. e superioribus supplet, *cum cerneret.* v. 428 *et* omnes; ego correxi. v. 429 *vultu* omnes; ego correxi; partus dicit vultum et corpora permixta discordes. v. 430 *Necdum hostiferum* omnes. Lips. corr. superscr. *etenim.* volebat: *Necdum hostem etenim.* Ingeniose; sed nulla correctoris istius auctoritas. Correxi ego, et addidi *aut* post *quemquam.* Praeferrem cum Bentl. *quicquam* et *norat.* v. 433 *Quapropter* V. 1. 2. v. 434 *tartus* V. 2. *tortus* V. 1. C. L. sed hic superscr. *vel tortis.* v. 435 *morsu* L. V. 1. 2. C.

Qualis ad expositae fatum Cepheidos undis
Expulit adveniens ultra sua litora pontum.
Tum Notius Piscis venti de nomine dictus
Exsurgit de parte noti; cui cuncta feruntur
Flexa per ingentes stellarum flumina gyros.
Ulterius capiti coniungit Aquarius undas
Amnis, et in medium coeunt et sidera miscent.
His, inter solisque vias Arctosque latentis,
Axem quae mundi stridentem pondere torquent,
Orbe peregrino caelum depingitur astris,
Quae notia antiqui dixerunt sidera vates.
Ultima, quae mundo semper volvuntur in imo,
(Quis innixa manent caeli fulgentia templa
Nusquam in conspectum redeuntia,) cardine verso
Sublimis speciem mundi similisque figuras
Astrorum referunt; et versas frontibus Arctos
Uno distingui medias claudique Dracone.
Credimus exemplo. Quamvis fugientia visus,
Hunc orbem caeli vertentis sidera cursu
Cardine tam simili fultum, quam vertice pingunt.
Haec igitur magno divisas aethere sedes

A. v. 441 Alterius v. 443 Has inter v. 444 torquet v. 447 innexa v. 449 conspectu v. 453 fulgentia v. 455 pingit

S. v. 439 iuncta v. 441 Alterius capitis v. 447 innexa — signa v. 452 Dracone Credimus exemplo: quia vis fulgentia visus Hunc etc v. 455 fingit. v. 456 Has

B. v. 439 qua fusa v. 452 ad 455 incl. delet.

V. v. 441 *Alterius* G. *Ulterius*, i. e. magis ad austrum, ceteri. v. 443 *latentes* L. V. 1. v. 447 *Intima* V. 2. Fortasse vere. v. 448 *innexa* omnes. corr. Bentl. *fulg. signa* G. v. 449 *in conspectu* G. V. 2. Haud scio an vere. saepe in his casibus suus est Man. idemque dicam de *morsu* vs. 435 cf. v. 269. v. 450 *similisque* V. 2. v. 453 *fulgentia* omnes. v. 455 *pingit* omnes. utrumque corr. Bentl. Sententia: Etiam antarcticas ursas similiter a dracone vinciri nostrarum exemplo seu analogia credimus. Sidera enim, quamvis visus nostros fugientia, pingunt tamen hunc orbem caeli vertentis cursu simili fultum, tam cardine quam vertice. Sed *cursu* in vitio esse puto; fort. *clara* aut simile aliquid coniicias. Tota oratio, ut saepe alias, poema inchoatum neque politum prae se ferre videtur.

Signa tenent, mundi totum deducta per orbem.
Tu modo corporeis similis ne quaere figuras,
Omnia ut aequali fulgentia membra colore
Deficiat nihil, et vacuum qua lumine cesset;
Non poterit mundus sufferre incendia tanta,
Omnia si plenis ardebunt sidera membris.
Quicquid subduxit flammis natura pepercit,
Subcubitura oneri; formas disiungere tantum
Contenta et stellis ostendere sidera certis.
Linea designat species, atque ignibus ignes
Respondent, media extremis atque ultima summis
Creduntur; satis est, si se non omnia celant.
Praecipue medio cum luna implebitur orbe,
Certa nitent mundo; cum luna conditur omne
Stellarum vulgus, fugiunt sine nomine signa.
Plura licet vacuo tum cernere sidera caelo,
Nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur.
Et quo clara magis possis cognoscere signa,
Non varios obitus norunt, variosque recursus;
Certa sed in proprias oriuntur sidera luces,
Natalesque suos occasumque ordine servant.

A. v. 459 Omniaque v. 464 distinguere v. 473 nec parvis v. 474 Et quod

S. v. 459 Omniaque v. 460 nihil ut, vacuumque a v. 464 distinguere v. 466 Ignea des. v. 468 Redduntur v. 472 cedere sid. v. 473 nec parvis

B. v. 460 nihil aut v. quid v. 463 sibimet natura v. 464 distinguere v. 465 et filis ostend. v. 468 Redduntur v. 472 Pura v. 475 variosve v. 476 singula luces

V. v. 458 *similes* L. v. 459 *Omni aut* L. C. V 1. 2. v. 464 *disiungere* omnes; atque vere. Suo more antitheton quaerit: et *disiungunt* stellae formas, i. e. separant, et *ostendunt* seu fingunt. v. 468 *Creduntur* omnes; recte. quasi in fidem se tradunt leviter designatae figurae, quae se tantum non celant. v. 470 *caeditur omne* L. et G. (nisi quod, *ceditur* Lips. et a corr. superscr. *conditur*) v. 472 Quamquam stellis *vacuum* caelum est, *plura* tamen sidera vides; dimidium toto maius esse ait, argute. v. 474 *quod* L. V. 1. 2. C., *quo* G. ex coniectura; neque *quod* falsum est. v. 475 *noris* V. 1. 2. v. 476 *lucis* V. 2.

Nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,
Quam ratio et certis quod legibus omnia parent.
Nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,
Laxius aut levius mutatove ordine fertur.
Quid tam confusum specie, quid tam vice certum est?
Ac mihi tam praesens ratio non ulla videtur,
Qua pateat mundum divino numine verti,
Atque ipsum esse deum, nec forte coisse magistra, —
Ut voluit credi, qui primus moenia mundi
Seminibus struxit minimis inque illa resolvit;
E quis et maria et terras et sidera caeli
Aetheraque immensos fabricantem finibus orbes
Solventemque alios conflare et cuncta reverti
In sua principia et rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum sine numine moles?
Ex minimis caecoque creatum foedere mundum?
Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet;
At cur dispositis vicibus consurgere signa,
Et velut imperio praescriptos reddere cursus
Cernimus, ac nullis properantibus ulla relinqui?
Cur eadem aestivas exornant sidera noctis
Semper, et hibernas eadem? certamque figuram
Quisque dies reddit mundo, certamque relinquit?
Iam tum, cum Graiae verterunt Pergama gentes,
Arctos et Orion adversis frontibus ibant;
Haec contenta suos in vertice flectere gyros,

A. v. 480 illis v. 481 Latius et v. 485 sorte v. 488 Aequis v. 490 constare

S. v. 481 Laxius et v. 490 constare v. 494 gubernat

B. v. 481 aut brevius v. 489 immensis v. 490 constare v. 492 et 493 inducit.

V. v. 481 *Laxius et* L. G. C. *Arius et* V. 1. 2. *aut* a Bentl. sumpsi. Fort. *acrius et levius* rectius foret. v. 490 *constare* omnes. correxi ego. Si *constare* servas, ait aethera fabricare et solvere sidera. Quod nunquam Epicurus putavit. Si *conflare* scribis, fortunam magistram dicit ex atomis quatuor elementa conflare fabricantem et solventem mundos. Quod verum est. v. 493 *foedus* dicit leges naturae; quae quia ab Epicuro in casu ponuntur, ipsae *caecae* sunt. v. 498 *noctis* unus L., corrector superscr. *e*. v. 502 om. hunc et sq. V. 2. v. 502 *Arctus* G. L.

Ille ex diverso vertentem surgere contra
Obvius, et toto semper decurrere mundo;
Temporaque obscurae noctis deprendere signis
Iam poterant, caelumque suas distinxerat horas.
Quot post excidium Troiae sunt eruta regna?
Quot capti populi? quotiens Fortuna per orbem
Servitium imperiumque tulit varieque revertit?
Troianos cineres in quantum oblita refovit
Imperium? Fatis Asiae iam Graecia pressa est.
Saecula dinumerare piget, quotiensque recurrens
Lustrarit mundum vario sol igneus orbe;
Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec se cognoscunt terrae vertentibus annis,
Et mutant variam faciem per saecula gentes;
At manet incolumis mundus suaque omnia servat,
Quae nec longa dies auget minuitque senectus,
Nec motus puncto curvat, cursusque fatigat;
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres aliumve nepotes
Aspicient: Deus est, qui non mutatur in aevo; —
Nunquam transversas solem decurrere ad Arctos,
Nec mutare vias et in ortum vertere cursus,
Auroramque novis nascentem ostendere terris,
Nec lunam certos excedere luminis orbes,
Sed servare modum, quo crescat, quove recedat,
Nec cadere in terra pendentia sidera caelo,

A. v. 517 Exutas v. 520 currit v. 529 in terram — sequitur post h. vs. vs. 566 ad vs. 611 incl.

S. v. 513 denumerare v. 517 Exutae variant v. 520 currit v. 529 in terram

B. v. 505 et notio v. 517 spurium iudicat. v. 519 minuitve v. 520 eiicit. v. 529 in terram

V. v. 514 *Lustrarit* unus G.; cett. *Lustraret.* v. 517 *Exutas* G. C. V. 1. 2. *xutas* spatio relicto literae primae. L. Recens m. (saec. XVI.) addit marg.: alii *Mutantes*; ego correxi. v. 520 *currit* V. 1. 2. *ponto currat* L. C. (corr. L. superscr. *puncto*) *curvat* G. v. 521 *isdem* (vel *iisdem*) omnes, praeter G. v. 529 *in terram* L. G. C. *eadem in terra* V. 1. 2. unde concludo, casum quartum ab interpolatore venisse. — sequitur vs. 566 ad 911 incl. in omnibus. corr. Scal.

Sed dimensa suis consumere tempora signis,
Non casus opus est, magni sed numinis ordo.
Haec igitur texunt aequali sidera tractu
Ignibus in varias caelum laqueantia formas;
Altius his nihil est; haec sunt fastigia mundi;
Publica naturae domus his contenta tenetur
Finibus, amplectens pontum terrasque iacentes.
Omnia concordi tractu veniuntque caduntque,
Qua semel incubuit caelum versumque resurgit.
Ipse autem quantum convexo mundus Olympo
Obtineat spatium, quantis bis sena ferantur
Finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt
Claustra, nec immensae moles, ceduntque recessus,
Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile caelum.
Nam quantum a terris atque aequore signa recedunt,
Tantum bina patent. quacunque inciditur orbis
Per medium, pars efficitur tum tertia gyri,
Exiguo dirimens solidam discrimine summam.
Summum igitur caelum bis bina refugit ab imo
Astro, bis senis ut sit pars tertia signis.
Sed quia per medium est tellus suspensa profundum,
Binis a summo signis discedit et imo.
Hinc igitur quodcunque supra te suspicis ipse,
Qua per inane meant oculi, quaque ire recusant,
Binis aequandum est signis, sex tanta rotundae

A. v. 545 quantumque v. 548 resurgit v. 549 Altera v. 554 Bis bis — sextante

S. collocat vs. 532 ad 38 incl. post vs. 274. v. 545 quantumque v. 548 resurgit v. 549 Altera v. 552 Hoc

B. v. 542 caecique reces. v. 549 Astra, e bis v. 552 quacunque

V. v. 545—549 Sententia haec est: In unoquoque circulo radius fere aequalis est sextae parti circumferentiae. Quum igitur duodecim zodiaci signis caeli circumferentia dividatur, bina signa aequalia sunt ei radio, qui a terra in caelum ducitur. Quia autem terra in mundi centro est posita, sequitur, ut ab imo, i. e., a notio astro diametros ductus ad caelum summum, i. e., septentrionale, aequalis sit astris quattuor; circumferentiae enim tertiae fere parti (*exiguo discrimine*) diametros par est. v. 554 *Astra* G. C. (marg. G. *Altera*) *Astro* V. 1. 2.

Efficiunt orbem zonae, qua signa feruntur
Bis sex, aequali spatio texentia caelum.
Nec mirere vagos partus eadem esse per astra,
Et mixtum ingenti generis discrimine fatum,
Singula cum tantum teneant tantoque ferantur
Tempore; sex tota surgentia sidera luce

*

Restat ut aethereos fines tibi reddere coner,
Filaque dispositis vicibus comitantia caelum,
Per quae dirigitur signorum flammeus ordo.
Circulus a summo nascentem vertice mundum

* * *

Permeat Artophilaca petens per terga draconis *
Circulus ad boream fulgentem sustinet Arcton *
Sexque fugit solidas a caeli vertice partes.
Alter ad extremi decurrens sidera Cancri,
In quo consummat Phoebus lucemque moramque,
Tardaque per longos circumfert lumina flexus,
Aestivum medio nomen sibi sumit ab aestu;

A. v. 565 Sequitur post hunc vs. 612. v. 569 consumit

S. v. 564 et 65 omisit.

B. v. 560 T. vix toto surgentia sidera mense. v. 564 et 65 cum Scal. omisit. v. 571 Aestivi

V. v. 560 vers. unus excidit. Sententia erepta haec fuit: ne mirere, unde tanta morum humanorum varietas sit, quum tamen singula signa per integros menses in caelo consistant; sed sena unoquoque die signa surgentia memineris — totidemque nocturno tempore per caelum volitantia. Est enim diurnus caeli motus, uti annuus solis per zodiacum cursus. v. 561 sqq. Venit hinc ad zonas caelestes, et a circulo arctico exoritur. Sed sex vel etiam plures versus interierunt, quibus Eudoxum se sequi professus erat, a quo totus meridianus in partes 60 erat divisus, unde sex, cf. vs. 567, arctico tribuuntur. Nam hic etiam duo folia, cf. supra ad vs. 529, ordinem prave mutarant. quos versus si quatuor paginis rite diviseris, videbis in altero folio fuisse 46, alteri relinqui tantum 38. Accedit, quod variae interpolationes versus 565 et 566 contaminant. ac vs. quidem 565 totus fictus est et propter orationem et propter sententiam; nam non per terga, sed per caput draconis meat arcticus. Neque minus fictum esse initium vs. 566. ipsa res docet. *mundus nascens* est finitor, ad quem usque circulus arcticus a stella polari exorsus deducitur, sed stabilis iam dudum inde ab Eudoxo factus est.

Temporis et titulo potitur metaque volantis
Solis, et extremos designat feruidus actus,
Et quinque in partes aquilonis distat ab orbe.
Tertius in media mundi regione locatus
Ingenti spira totum praecingit Olympum,
Parte ab utraque videns axem; quo limine Phoebus
Componit paribus numeris noctemque diemque,
Veris et autumni currens per tempora mixta,
Cum medium aequali distinguit limite caelum,
Quattuor et gradibus sua fila reducit ab aestu.
Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens
Ultima designat fulgentis lumina solis,
Inviaque obliqua radiorum munera flamma
Dat per iter minimum nobis; sed finibus illis,
Quos super incubuit, longa stant tempora luce,
Vixque dies transit candentem extenta per aestum.
Bisque iacet binis summotus partibus orbis.
Unus ab his superest extremo proximus axi
Circulus austrinus, qui stringit et obsidet Arctos.
Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit,
Et quantum a nostro sublimis cardine gyrus
Distat, ab adverso tantundem proximus illi.
Sic tibi per binas vertex a vertice partes
Divisus, duplici summa circumdat Olympum,

A. v. 576 sphaera — percingit v. 577 lumine v. 585 pariter v. 590 haustrinas

S. v. 572 metamque v. 582 tangens v. 583 fugientis — limina v. 584 Invidaque v. 590 austrinas

B. v. 573 fervidus axes v. 577 quo culmine v. 580 Hic v. 582 gaudens v. 583 fugientis — limina v. 584 Invida cum v. 590 austrinas v. 594 Sic per tricenas

V. v. 573 *actus* explicat Schol. L. recte per *solis cursus*. vox circensis est. v. 576 *spera* omnes. correxit Scal. v. 577 *lumine* omnes; corr. Scal. it. *lumine* vs. 580 G. pro *limite*. v. 582 *tingens* superscr. *a, vel tangens* L. *tangens* G. *cingens* V. 1. 2. C. v. 583 *ultima lumina* Phoebi (ut est in omnibus) sunt ipsa *limina* solis, quae invehunt. v. 584 *Invida* Scal. ingeniose! sed *invia munera* sunt, quae obliquis radiis vix ad nos perveniunt. v. 588 *pariter* V. 1. 2. v. 590 *austrinus* omnes.

Et per quinque notat signantes tempora fines.
His eadem est via quae mundo, pariterque rotantur
Inclines, sociosque ortus occasibus aequant;
Quandoquidem texti, quo totus volvitur orbis,
Fila trahunt alti cursum comitantia caeli,
Intervalla pari servantes limite semper,
Divisosque semel fines sortemque dicatam.
Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,
Inter se adversi, qui cunctos ante relatos
Seque secant gemino coeuntes cardine mundi
Transversoque polo rectum ducuntur in axem,
Tempora signantes anni caelumque per astra
Quattuor in partes divisum mensibus aequis.
Alter ab excelso decurrens limes Olympo
Serpentis caudam siccas et dividit Arctos,
Et iuga Chelarum medio volitantia gyro,
Extremamque secans Hydram mediumque sub austris
Centaurum, adverso concurrit rursus in axe,
Et redit in caelum, squamosaque tergora Ceti
Lanigerique notat fines, clarumque Trigonum,
Andromedaeque sinus imos, fastigia matris,
Principiumque suum repetito cardine claudit.
Alter in hunc medium summumque incumbit in axem,
Perque pedes primos cervicem transit et Ursae,
Quam septem stellae primam iam sole remoto
Producunt, nigrae praebentem lumina nocti;

A. v. 599 sexto, quo v. 612 sub astris v. 613 adversus v. 614 in Cetum

S. v. 599 texto v. 613 adversum — axem v. 614 in Cetum

B. v. 599 secti, qua v. 612 sub armis v. 613 adverso consurgit — ab axe v. 616 vestigia

V. v. 599 *sexto* V. 1. 2. C. *sexti* G. L. *texti* correxi; ad *fila* referendus tropus. v. 600 *servantis* omnes. v. 612 *sub astris* omnes; corr. Scal. v. 613 *adversus* V. 1. 2. *adverso* L. G. quia ab axi arctico exierat, *rursus* in adverso, i. e. antarctico axi concurrit. v. 614 In *cetum*, seu *coetum* seu *caetum* omnes; corr. Bentl. v. 616 *vel vestigia* superscr. L. Sed si Andromedae *sinus imos* tangit, non potest Cassiepiae vestigia tangere, sed *fastigia*.

Et Geminis Cancrum dirimit, stringitque flagrantem
Ore Canem, clavumque Ratis, quae vicerat aequor.
Inde axem occultum per gyri signa prioris
Transversa; atque illo rursus de limite tangit
Te Capricorne, tuisque Aquilam designat ab astris,
Perque Lyram inversam currens, spirasque Draconis
Posteriora pedum Cynosurae perterit astra,
Transversamque secat vicino cardine caudam.
Hic iterum coit ipse sibi memor unde profectus.
Atque haec aeternam fixerunt tempora sedem,
Immotis per signa modis statione perenni.
Hos volucres fecere duos; namque alter ab ipsa
Consurgens Helice medium praecidit Olympum
Discernitque diem, sextamque examinat horam;
Et paribus spatiis occasus cernit et ortus,
Hinc mutans per signa vices. Nam si quis eoos,
Seu petit hesperios, supra se circinat orbem
Verticibus super astantem, mediumque secantem
Caelum et diviso signantem culmine mundum; —
Quando aliis aliud medium est; volat hora per orbem; —
Cumque loco terrae caelumque et tempora mutat.
Atque ubi se primis extollit Phoebus ab undis,
Illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.
Rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras;
Nos primam ac summam sextam numeramus utraque,

A. v. 625 alio v. 628 proterit v. 637 Hic — ceu si v. 646 utramque

S. v. 626 suisque v. 628 proterit v. 637 Hic — ceu si vs. 641 ponit ante 640. v. 646 utramque

B. v. 628 praeterit v. 632 signa locis v. 637 Hic mutat vs. 641 et 640, ut Scal. v. 646 utramque

V. v. 628 *perterit* omnes. v. 632 *immotis modis* Lucretiana oratio est. v. 634 *praecedit* L. *procedit* V. 1. 2. v. 637 *Hic mutat* L. Sed volucrem meridianum esse, iam novimus. *Hic* omnes. *artans* V. 2. Ego correxi: *Hinc*. Meridianus sextam horam examinat, et *hinc*, ubi ducitur, vices horarum per signa mutat. Sequitur explicatio per: *nam*; et correxit B.; nam codd. *seu si quis*. v. 646 *utraque* omnes; i. e. utraque parte ut *hinc*, vs. 637 sententia simili.

Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne.
Alterius fines si vis cognoscere gyri,
Circumfer faciles oculos vultumque per orbem.
Quicquid erit caelique imum terraque supremum,
Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus,
Redditque aut recipit fulgentia sidera ponto,
Praecingit tenui transversum limite mundum.
Haec quoque per totum volitabit linea caelum,
Non tantum ad medium vergens, mediumque repandens
Orbem, nunc septem ad stellas, nunc ima sub astra;
Sed quocunque vagae tulerint vestigia plantae,
Has modo terrarum, nunc has gradientis in oras,
Semper erit novus et terris mutabitur arcus;
Quippe aliud caelum ostendens, aliudque relinquens,
Dimidium teget et referet, varioque notabit
Fine et cum visu pariter sua fila movente.
Hic terrestris erit, quia terram amplectitur orbis,
Et mundum plano praecingit limite gyrus;
Atque a fine trahens titulum memoratur horizon.
His adice obliquos adversaque fila trahentes
Inter se gyros, quorum fulgentia signa
Alter habet, per quae Phoebus moderatur habenas;

A. v. 650 c. primum v. 655 Hunc — repente v. 656 nunc mota v. 661 D. regit atque refert — notavit v. 662 moventem. v. 664 praecinxit v. 665 Atque trahens a se v. 666 His addunt aliquos diversaque

S. v. 655 Nunc — repente v. 656 mota v. 662 Fini cum — moventem. v. 666 diversaque

B. v. 655 et 56 proscribit. v. 657 Nam quacunque v. 661 tegit et profert v. 663 — 66 incl. abiicit.

V. v. 650 *terraque* omnes. in L. fuerat, ut videtur, *terrae*, sed erasum. (*terramque* V. 2.) v. 655 *Non tantum* omnes. *repente* omnes; ego correxi. v. 656 *mota* omnes; ego correxi. *nunc*, *nunc* non ad tempus referres, sed ad locum. v. 661 *regit et refert* omnes; corr. Scal. vs. 663 ad 66 In alio quoque poeta versus proiicerem, ut fecit B.; in hoc haereo. Plurimi enim sunt versus similes, quibus tamen in carminum tenore carere non possumus. Id Bentleii iudicium confirmat, quod ceteras lineas nomine insignire M. noluit. v. 665 *a fine* L. G. *azie* et *arie* V. 1, 2. *asiae* C.

Subsequiturque suo solem vaga Delia curru,
Et quinque adverso luctantia sidera mundo
Exercent varias naturae lege choreas.
Hunc tenet a summo Cancer, Capricornus ab imo
Bis recipit, lucem qui circulus aequat et umbras,
Lanigeri et Librae signo sua fila secantem.
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis,
Rectaque devexo fallit vestigia clivo;
Nec visus aciemque fugit, tantumque notari
Mente potest, sicut cernuntur mente priores,
Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe,
Insignemque facit caelato lumine mundum,
Et ter vicenas partes patet, atque trecentas
In longum; bis sex latescit fascia partes,
Quae cohibet vario labentia sidera cursu.
Alter in adverso positus succedit ad Arctos,
Et paulum ab boreae gyro sua fila reducit,
Transitque inversae per sidera Cassiepiae.
Inde per obliquum descendens tangit Olorem,
Aestivosque secat fines Aquilamque supinam,
Temporaque aequantem gyrum, zonamque ferentem
Solis equos inter caudam qua Scorpius ardet,
Extremamque Sagittari laevam atque Sagittam.
Inde suos sinuat flexus per crura pedesque
Centauri alterius, rursusque ascendere caelum
Incipit Argivumque Ratem per aplustria summa,

A. v. 675 in flexus v. 677 tantoque v. 684 adversum positas v. 685 a Boreae v. 686 Cassiopeae v. 690 intra v. 694 Argivamque

S. v. 672 Hanc v. 684 adversum positas v. 685 a Boreae v. 690 intra v. 691 Sagittarii v. 694 Argivamque

B. v. 684 adversum positus v. 685 a boreae v. 694 argivamque

V. v. 672 *Hinc* V. 1. 2. C. v. 677 *tantunque* V. 1. 2. v. 684 *in adversum positos* (superscr. *a*) L. *in adversos succedit positos* V. 1. *in adversos succedit partes* V. 2. *in adversos positos* C. *in adverso* ego, *positus* B. correxit. v. 685 *ab boreae* L. C. V. 1. *ad* G. V. 2. *gyros* G. interpolatus. v. 689 *Dextraque aeq.* V. 1. 2. v. 690 *contra caud.* V. 1. 2. fortasse vere. v. 694 *argivumque* omnes. (nisi quod *que* om. V. 1. 2.)

Et medium mundi gyrum, Geminosque per ima
Signa secat, subit Heniochum, teque, unde profectus,
Cassiepia, petens super ipsum Persea transit,
Orbemque ex illa coeptum concludit in ipsa.
Trisque secat medios gyros et signa ferentem
Partibus e binis, quotiens praeciditur ipse.
Nec quaerendus erit, visus incurrit in ipsos
Sponte sua, seque ipse docet cogitque notari.
Namque in caeruleo candens nitet orbita mundo,
Ceu missura diem subito caelumque recludens.
Ac veluti virides discernit semita campos,
Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu

*

Inter, divisis aequalibus est via partis;
Ut freta canescunt sulcum ducente carina,
Accipiuntque viam fluctus spumantibus undis,
Quam tortus verso movit de gurgite vertex;
Candidus in nigro sic limes lucet Olympo,
Caeruleum fingens ingenti lumine mundum.
Utque suos arcus per nubila circinat Iris,
Sic superincumbit signato culmine limes
Candidus, et resupina facit mortalibus ora,
Dum nova per caecam vibrantur lumina noctem,
Inquiruntque sacras humano pectore causas,
Num se diductis conetur solvere moles

A. v. 695 per imum v. 696 inde v. 698 in illa v. 707 divisas v. 711 lucet sic l.

S. v. 696 secans v. 696 inde v. 698 in illa v. 707 divisas aequabilis v. 711 lucet sic l. v. 712 findens

B. v. 696 secans v. 707 spurium iudicat. v. 710 Qua — se gurg. v. 711 lucet sic l. v. 712 pingens v. 716 mirantur, e cod. Veneto.

V. v. 695 *per imum* V. 1. 2. C. *ima* L. G. v. 698 *conceptum cludit in illa* V. 1. 2; haud scio, an vere. etiam C. similiter: *c'oeptum c'cludit.* v. 707 versus unus, quo semitae comparatio cum galaxia continebatur, ereptus nobis est. id etiam aperit *divisis* (*divisas* ceteri) in Lipsiensi. v. 711 *sic limes l.* V. 1. 2. v. 712 *fingens* omnes. *vel findens* corrector L. superscr. v. 717 *per nova pectora causas* V. 1. 2. C. v. 718 *deductis* omnes; corr. Scal.

Segminibus, raraque labent compagine rimae,
Admittantque novum laxato tegmine lumen.
Quid, quasi non timeant, magni cum vulnera caeli
Conspiciant, feriatque oculos iniuria mundi?
An coeat mundus? duplicisque extrema cavernae
Conveniant, caelique oras et sidera iungant?
Perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix
Fusuram faciens mundi, stipatus et orbis
Aeriam in nebulam clara compagine versus
In cuneos alti cogat fundamina caeli?
An melius manet illa fides per saecula prisca?
Illac solis equos diversos curribus isse,
Atque aliam trivisse viam, longumque per aevum
Exustas sedes incoctaque sidera flammis
Caeruleam verso speciem mutasse colore,
Infusumque loco cinerem, mundumque sepultum?
Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,
Phaethontem patrio curru per signa volantem,
Dum nova miratur propius spectacula mundi
Et puer in caelo ludit, curruque superbus
Luxuriat mundo, cupit et maiora parente,
Monstratas liquisse vias, orbemque rigenti

A. v. 719 seminibus — habent compage ruinae v. 720 pectore lumen v. 724 tangant v. 725 iungat nex. v. 726 Fissuram v. 730 diversis curribus v. 740 regentem

S. v. 726 Fissuram v. 730 diversis v. 740 rigentem

B. v. 721 Quid sibi non v. 723 coeat potius v. 724 et segmina iungant. v. 730 diversis cursibus v. 737 rimatur v. 739 Luxuriat nitido v. 740 aliamque recentem

V. v. 719 *Seminibus* omnes; corr. Scal. v. 719 *compage carine* V. 1. 2. C. v. 720 *laxato pectore* V. 1. 2. C. Suspicor: *laxato pegmate* v. 725 *iungant nexus* V. 1. 2. C. v. 726 *Fusuram* L. superscr. *vel fissuram*, quod ceteri habent. v. 728 Memorabilis lectio V. 2: *In cuneos cogat verti f. c.* v. 730 *diversis cursibus* L. G. *diversos curribus* V. 1. 2. C. v. 732 *Exutas* L. V. 1. 2. C. in L. superscr. *st*, ut esset, *exustas*. v. 734 *Infusum* (om. *que*) omnes. (ita etiam vs. 732 *incocta* et *incoctu*, om. *que*, V. 1. 2.) v. 738 *cursuque* L. C. v. 739 *parentem* omnes. v. 740 *regentem* L. C. V. 1. *rigentem* G. Venetus et fortasse V. 2. ego correxi; polus enim *rigens* i. e. borealis, flammas *insuetas* non tulit; *orbis* est *orbita*, ut saepe.

Imposuisse polo; nec signa insueta tulisse
Deflexum solito cursu, curvisque quadrigis
Errantes nutu flammas currumque solutum.
Quo querimur, flammas totum saevisse per orbem,
Terrarumque rogum cunctas arsisse per urbes,
Cum vaga dispersi fluitarunt lumina currus,
Et caelum exustum est? Luit ipse incendia mundus,
Et nova vicinis flagrarunt sidera flammis,
Nunc quoque praeteriti faciem reserantia casus.
Nec mihi celanda est famae vulgata vetustas
Mollior; e niveo lactis fluxisse liquorem
Pectore reginae divum, caelumque colore
Infecisse suo. quapropter lacteus orbis
Dicitur, et nomen causa descendit ab ipsa.
An maior densat stellarum turba corona
Connexas flammas, et crasso lumine candet,
Et fulgore nitet caelato clarior orbis?
An fortes animae dignataque numina caelo
Corporibus resoluta suis, terraeque remissa
Huc migrant ex orbe, suumque habitantia caelum
Aethereos vivunt annos mundoque fruuntur?

A. v. 743 habet ante 42. v. 744 Quod v. 749 servantia v. 755 densa v. 756 Contexit v. 757 collato v. 758 nomina

S. v. 743 habet ante 42. v. 744 Quod — sevisse v. 749 servantia v. 755 densa v. 756 Contexit v. 757 collato v. 758 nomina

B. v. 742 eiicit v. 743 Errantes meta v. 744 Quid v. 746 fragmina currus v. 748 vicina novis v. 749 referentia v. 750 fama — vetusta Fabula de v. 755 Anne magis densa v. 756 Contexit v. 757 collato v. 759 terraque

V. vs. 743 et 42 ego ordinem mutare iussi. v. 744 *Quod* L., sed expuncto *d*. *Quo* V. 1, 2. C. *queritur* V. 1. 2. C. v. 745 *cunctos — per orbes* V. 1. 2. v. 748 *Ut nova* V. 1, 2. v. 749 *reserantia* omnes, nisi quod L. *reserentia,* superscr. *a*. *referentia* Venetus interpolatus. v. 752 *coliumque cupido* V. 2. v. 755 *densat* omnes. v. 756 *Contexit* V. 1, 2. C. *Convexit* L. *Connexit* G. Ego correxi; in coronam connexas flammas turba stellarum densat. *Coronam* eam tantopere ornat verbis, quia domus principum virorum caelestis est. Hinc eam ait *crasso lumine candere* et *nitere caelato fulgore*. Ita enim V. 1. 2; ceteri *collato*. v. 758 *nomine* corr. *numina* L. *lumina* V. 1. C. *lumine* V. 2. v. 761 *feruntur* V. 1. 2. haud spernenda lectio

Atque hic Aeacidas, hic et venerantur Atridas,
Tydidemque ferum, terraeque marisque triumphis
Naturae victorem Ithacum, Pyliumque senecta
Insignem triplici, Danaumque ad Pergama reges,
Assaracum atque Ilum, invictamque sub Hectore Troiam,
Auroraeque nigrum partum, stirpemque Tonantis
Rectorem Lyciae; nec te, Mavortia virgo,
Praetercam, regesque alios quos Graecia misit,
Atque Asiae gentes et Magno maxima Pella.
Quique animi vires et strictas pondere mentes
Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis
Census erat, iustusque Solon fortisque Lycurgus,
Aethereusque Platon et qui fabricaverat illum,
Damnatusque suas melius damnavit Athenas,
Persidis et victor, strarat quae classibus aequor.
Romanique viri, quorum iam maxima turba est:
Tarquinioque minus reges, et Horatia proles,
Tota acies partus, nec non et Scaevola trunco
Nobilior, maiorque viris et Cloelia virgo,
Et Romana ferens, quae texit, moenia Cocles,
Et commilitio volucris Corvinus adeptus
Et spolia et nomen, qui gestat in alite Phoebum,
Et Iove qui meruit caelum, Romamque Camillus
Servando posuit, Brutusque a rege recepta

A. v. 762 veneramur v. 766 Castra ducum et caeli victamque v. 770 bella v. 776 qui v. 779 acies ponti v. 782 cum militia v. 785 receptae

S. v. 762 veneramur v. 766 omisit. v. 776 qui v. 779 acies partis v. 785 receptae

B. v. 762 veneramur v. 763 Tydidenque v. 766 totamque sub v. 771 strictae pondera v. 776 Persidos v. 785 receptae

V. v. 762 *veneramur* L. *Venerantur* V. 1. 2. C. v. 766 *Castra ducum et caeli* omnes; correxit B. *victamque* omnes; correxi ego. v. 770 *bella* V. 1. 2. C. *pella* G. L., hic superscr. *a*. v. 774 *Plato nec* omnes. v. 776 *qui* omnes; corr. B. quod si tueri volueris, *sternere* interpretabere de victa et prostrata classe Persarum. v. 782 *cum militia* V. 1. 2. *cum milicio* L. G. C. corr. Scal. *corvitus* V. 1. 2. L. C. G. *corvinus* marg. V. 2. v. 785 *recepta* omnes, nisi quod *receptam* V. 1.

Conditor, et Pyrrhi per bella Papirius ultor,
Fabricius, Curiusque pares, et tertia palma
Marcellus, Cossusque prior de rege necato,
Certantesque Deci votis similesque triumphis,
Invictusque mora Fabius, victorque necati
Livius Hasdrubalis, socio per bella Nerone,
Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum,
Pompeiusque orbis domitor, per trisque triumphos
Ante deum princeps, et censu Tullius oris
Emeritus caelum, et Claudi magna propago,
Aemiliaeque domus proceres, clarique Metelli,
Et Cato fortunae victor, matrisque sub armis
Miles Agrippa suae, Venerisque ab origine proles
Julia descendit caelo, caelumque replevit;
Quod regit Augustus socio per signa Tonante,
Cernit et in coetu Divum, magnumque Quirinum,
Altius aetherei quam candet circulus orbis.
Illa deum sedes, haec illis proxima, divum
Qui virtute sua similes vestigia tangunt.
Ac prius incipiam stellis quam reddere vires
Signorumque canam fatalia carmine iura,
Implenda est mundi facies corpusque per omne
Quicquid ubique nitet, vigeat quandoque, notandum est.

A. v. 786 ut Pyr. v. 789 certantes Decii v. 795 Claudia v. 800 Augustos v. 805 Hic

S. v. 787 Curiique v. 802 qua

B. v. 789 certantes Decii v. 790 nefandi v. 792 Sc. duo — (ita iam P. Francius, in nott. mss, quae quondam Bentleii fuerunt.) ac verum videtur. v. 794 Ante diem v. 795 E. fasces v. 797 sub ulnis — post vs. 804 habet vs. 809—12, quos expungit. v. 805 Nunc v. 807 censusque v. 808 delet.

V. v. 787 *parens* L. v. 788 *notato* omnes. v. 789 *decii* omnes. v. 790 *flavius* omnes. v. 793 *tresque* L. (sed *e* a corr. factum ex *i*.) v. 794 *deum* (superscr. *int. iulium* L.) omnes. v. 795 *claudia* V. 1. 2. L. C. *claudi* G. Mavult *Clausi* Scal. v. 798 *ventrisque* omnes. v. 804 *similis* V. 1. 2. L. (ubi corr. *e*) — post vs. 804 sqq. vss. 809—12 in omnibus. Brevis planetarum mentio deesse non potest; sed venisse a Manilio vs. 811 et 12. aegre mihi persuadeo. v. 805 *Ac* omnes.

Sunt alia adverso pugnantia sidera mundo,
Quae terram caelumque inter volitantia pendent,
Saturni, Iovis, et Martis, Solisque, sub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.
Sunt etiam rari sorti natalis euntes,
Protenus et rapti. subitas candescere flammas
Aera per liquidum, factosque perire cometas
Rara per ingentes viderunt saecula motus.
Sive quod, ingenitum terra spirante vaporem,
Humidior sicca superatur spiritus aura,
Nubila cum longo cessant depulsa sereno,
Et solis radiis arescit torridus aer;
Apta alimenta sibi dimissus corripit ignis,
Materiamque sui deprendit flamma rapacem.
Et quia non solidum est corpus, sed rara vagantur
Principia aurarum volucrique simillima fumo,
In breve vivit opus, coeptaque incendia fine
Subsistunt, pariterque cadunt fulgentque cometae.
Quod nisi vicinos agerent occasibus ortus,
Et tam parva forent accensis tempora flammis,
Alter nocte dies esset, caelumque rediret

A. v. 809 ad 12 incl. sequuntur post vs. 804. v. 810 caelum terramque v. 813 rarae sortis v. 814 raptim v. 815 tractosque v. 822 capacem v. 826 fulgente cometa

S. v. 810 caelum terramque v. 813 rarae sortis v. 815 ante 814. v. 814 raptim v. 815 tractosque v. 825 coeptoque v. 826 fulgente cometa

B. v. 813 Sunt etenim raris orti natalibus ignes v. 814 raptim v. 815 natosque — versusque ut Scal. transponit. v. 822 capacem v. 825 citraque incendia limen v. 826 surguntque c.

V. v. 810 *terram caelumque* omnes. v. 813 Ita omnes. *rari*, sc. Cometae. *sorti*, antiquus ablativus, ut *parti*, *Iovi*, alii apud Man. Cometae rari eunt, sorte natalis diei vel temporis. v. 814 *rapti*, omnes. v. 815 *tractosque* omnes; *factosque* correxi; argute, ut vs. 825 *coepta fine* brevem cometarum cursum describit. si *tractos* tenes, interpretare de crine longo, qui modo decrescit, modo increscit. v. 820 suspicor, *rarescit*. v. 821 *Acta* omnes. v. 822 *capacem* L. C. *rapacem* V. 1. 2. v. 825 *coeptaque* omnes. v. 826 *fulgente* V. 1. 2. *cometa* omnes. corr. B.

Inmersum et somno totum deprenderet orbem.
Tunc quia non una specie dispergitur omnis
Aridior terrae vapor et comprenditur igni,
Diversas quoque per facies accensa feruntur
Lumina, quae subitis existunt nata tenebris.
Nam modo, ceu longi fluitent de vertice crines,
Flamma comas imitata volat, tenuisque capillis
Diffusos radiis ardentibus explicat ignis.
Nunc prior haec facies dispersis crinibus exit,
Et globus ardentis sequitur sub imagine barbae;
Interdum aequali laterum compagine ductus,
Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.
Quin etiam tumidis exaequat dolia flammis
Procere distenta utero, pandosque capellos
Mentitur, parvos ignis glomeratus in orbes,
Hirta figurantis tremulo sub lumine menta
Lampadas et fissas ramosos fundit in ignes.
Praecipites stellae passimque volare videntur,
Cum vaga per liquidum scintillant lumina mundum;
Et tenuem longis iaculantur crinibus ignem,

A. v. 830 Immensum v. 831 Tum v. 832 terraeque vapor v. 836 capillos v. 843 Procero — parvosque capillos v. 844 parvis signis glomeratur v. 845 messes v. 849 tenues — ignes

S. v. 831 Tum v. 832 terraeque vapor v. 836 capillus v. 838 species v. 843 Procero — parvosque capillos v. 845 figuratur — messis. v. 846 Lampadias fissus v. 849 tenues — ignes

B. v. 831 Tum v. 836 tenuesque capillos Diffusus v. 838 species v. 839 glomus v. 843 uteros parvasque capellas v. 847 Praecipitant v. 848 nitidum v. 849 tractibus

V. v. 830 *Immensum* omnes; sed *Immenso* V. 2. corr. Scal. v. 831 *Tunc* omnes; ita solet sequente *q*. v. 832 *terrae vapor et* omnes, nisi quod L. praeterea *que* adiungit. v. 836 *capillis* V. 1. 2. L. C. superscr. *o* L. et C. *capillus* G. Cometa ignes tenues capillis diffusos explicat. v. 837 *ignes* L. V. 1. C. G. v. 838 *facies* omnes. v. 843 *Procere* omnes; sed superscr. *o* a corr. L. C. *uteros* L., sed inducta *s*. *partosque capillos* C. V. 1. L., sed in hoc recte fuerat, *capellos*, quod corrector mutat in *capillos*, et praebet Venetus, *partes* V. 2. Ego correxi. v. 844 *parvis signis glomeratur* omnes; sed, *vel parvos* superscr. corr. L. et C. *glomeratus* G. v. 845 *figurantis* omnes. — *menses* omnes corr. B. v. 848 *nitidum* L. G. reliqui *liquidum*.

Excurruntque procul volucris imitata sagittas,
Arida cum gracili tenuatur semita filo.
Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubis;
Et penetrant terras Aetnamque minantur Olympo;
Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas,
Ac silice in dura viridique in cortice sedem
Inveniunt, cum silva sibi collisa crematur;
Ignibus usque adeo natura est omnis abundans.
Ne mirere faces subitas erumpere caelo,
Aeraque accensum flammis lucere coruscis,
Arida complexum spirantis semina terrae,
Quae volucer pascens ignis sequiturque fugitque,
Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen
Imbribus e mediis et caelum fulmine ruptum.
Sive igitur ratio praebentis semina terrae
In volucres ignes potuit generare cometas,
Sive illas natura faces ut cuncta creavit
Sidera per tenues caelo lucentia flammas,
Sed trahit ad semet rapido Titanius aestu,
Involvitque suo flammantis igne cometas,
Ac modo dimittit, (sicut Cyllenius orbis
Et Venus, accenso cum ducit vespere noctem,
Saepe nitent, falluntque oculos rursusque revisunt;)
Seu deus instantis fati miseratus in orbem
Signa per affectus caelique incendia mittit;
Nunquam futilibus excanduit ignibus aether:

A. v. 850 Exuruntque v. 854 imitantur v. 864 in med. v. 866 possunt v. 867 ob c. v. 873 Serpentem v. 875 effectus

S. v. 850 Exurguntque v. 854 imitantur v. 864 *in* med. v. 866 Involvens v. 867 subiuncta v. 869 Seu

B. v. 865 raro praebentes v. 866 possunt v. 868 perpetuis — flammis v. 873 S. latent — rursumque

V. v. 850 *Exuruntque* L. C. G. *Exuritque* V. 1. 2. corr. B. v. 857 *crematur* V. 1. 2. v. 862—65 desunt in V. 2. v. 864 *et med.* omnes; corr. Scal. et B. v. 866 *posuit* omnes; corr. Scal. v. 867 *ob cuncta* omnes; corr. B. v. 869 *Seu* V. 1. 2. v. 874 *miseratur* L. C.

Squalidaque effusi deplorant arva coloni,
Et steriles inter sulcos defessus arator
Ad iuga maerentis cogit frustrata iuvencos;
Aut gravibus morbis et lenta corpora tabe
Corripit exustis letalis flamma medullis,
Labentisque rapit populos, totasque per urbes
Publica succensis peraguntur fata sepulchris.
Qualis Erechtheos pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labens cum fata ruebant.
Nec locus artis erat medici, nec vota valebant;
Cesserat officium morbis, et funera deerant
Mortibus et lacrimae; lassus defecerat ignis,
Et coacervatis ardebant corpora membris,
Ac tanto quondam populo vix contigit heres.
Talia significant lucentes saepe cometae:
Funera cum facibus veniunt terrisque minantur
Ardentis sine fine rogos, cum mundus et ipsa
Aegrotet natura, suum sortita sepulchrum.
Quin et bella canunt ignes subitosque tumultus,
Et clandestinis surgentia fraudibus arma,
Externas modo per gentes, — ut foedere rupto
Cum fera ductorem rapuit Germania Varum
Infecitque trium legionum sanguine campos,
Arserunt toto passim minitantia mundo

A. v. 877 elusi v. 884 Erechthoneos v. 887 medicae v. 895 novum v. 898 Extremas

S. v. 877 elusi v. 882 Tabentesque v. 887 medicae v. 889 fessus v. 895 novum v. 898 Extremas

B. v. 877 elusi v. 883 iusta v. 886 colla rueb. v. 887 medicae v. 890 eiicit v. 892 gaudentes clade v. 895 novum v. 901 volitantia

V. v. 877 *effusi* omnes. v. 879 *merentis* L. sed corr. *tes*. v. 882 *Labentis*, sed corr. *tes* L. v. 884 *Erechtheos* G. *erectecos* corr. *erictonicos* L. *erichthonicos* V. 1. 2. *erictonicos* C. v. 887 *medici* omnes. rasura in L., sub qua *medicinae* latere videtur. v. 890 *morbis* V. 1. 2. C. v. 894 *Ardentes* C. et L. e corr. v. 895 *novum* omnes. sed non novum est mundo, ignibus interire; potius e Stoicorum doctrina proprius et suus hic interitus mundo est.

Lumina et ipsa tulit bellum natura per ignes,
Opposuitque suas vires finemque minata est;
Nec mirere graves rerumque hominumque ruinas;
Saepe domi culpa est; nescimus credere caelo; —
Civilis etiam motus cognataque bella
Significant. nec plura alias incendia mundus
Sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos.
Vixque etiam sicca miles Romanus arena
Ossa virum lacerosque prius superastitit artus;
Imperiumque suis conflixit viribus ipsum,
Perque patris pater Augustus vestigia vicit.
Necdum finis erat: restabant Actia bella
Dotali commissa acie, repetitaque rerum
Alea et in ponto quaesitus rector Olympi;
Femineum sortita iugum cum Roma pependit
Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.
Restabant profugo servilia milite bella,
Cum patrios armis imitatus filius hostis
Aequora Pompeius cepit defensa parenti.
Sed satis hoc fatis fuerit. iam bella quiescant,
Atque adamanteis discordia vincta catenis
Aeternos habeat frenos in carcere clausa.
Sit pater invictus patriae; sit Roma sub illo,
Cumque deum caelo dederit, non quaerat in orbe.

A. v. 916 Proelia v. 917 pompa rependit v. 922 quiescunt v. 923 victa

S. v. 910 Vix etiam v. 917 pompa v. 920 hostes v. 921 coepit

B. v. 911 lacerosque (nefas) sup.

V. v. 906 *Civilis* L., quamquam *e* refingit corrector. v. 916 *Alea* deest in V. 1. 2. v. 917 *pompa rependit* omnes; hoc Scal. illud B. correxit. v. 920 *hostis* omnes.

LIBER SECUNDUS.

Maximus Iliacae gentis certamina vates,
Et quinquaginta regum regemque patremque,
Hectoreasque facis, tutamque sub Hectore Troiam,
Erroremque ducis, totidem quot vicerat annis
Instantem bello geminata per aequora Ponto,
Ultimaque in patria captisque penatibus arma
Ore sacro cecinit, patriae quem iura petentem
Dum dabat eripuit, cuiusque ex ore profusos
Omnis posteritas latices in carmina duxit,

A. v. 3. Hectoreamque facem v. 4 quem fecerat v. 5 et bello — noto v. 7 patriam qui et — petenti v. 8 profuso

S. v. 3. Hectoreamque facem v. 5 belli g. p. agmina, v. 7 qui et — petenti

B. v. 3 inducit. v. 5 Iactati pelago, geminataque Pergama v. 7 cui Graecia, septem

V. v. 3 *Hectoreumque facit* omnes. Ego correxi. Possis etiam: *Hectoreamque facit — Troiam*; sed propter orationis decursum ego nolim. v. 4 *quod* omnes. v. 5 *gemata* et *gemata* V. 1. 2. *per agmina* L. G. *ponte* V. 2. *Errorem bello instantem ponto* facile fero; sed quum intercedat, *totidem quot vicerat annis,* videtur omni modo scribendum, *Instantis.* Verum in hoc scriptore, qui apud exteros natus, ut proximi vss. probant, quidvis audet, id quoque ferendum iudico. Is. Voss. apud Spanhemium ingeniose sic corrigit: *Instantem bello, geminata per aequora ponti.* „Geminata aequora vocat utrumque mare internum et externum, quoniam etiam Oceanum navigasse Ulixem credidere multi e Veteribus." v. 7 *patria quae iura petentem,* (vel *patriaque* V. 2.) omnes. Ego correxi; *Posteritas* ex vs. 9 huc revocanda est. v. 9 *lances* omnes. ubi addit G. *profusas,* ut indolem videas.

Amnemque in tenues ausa est deducere rivos,
Unius fecunda bonis; sed proximus illi
Hesiodus memorat divos divumque parentis
Et chaos enixum terras, orbemque sub illo
Infantem et primos titubantia sidera partus,
Titanasque senes, Iovis et cunabula magni,
Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,
Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum,
Omniaque immenso volitantia lumina mundo.
Quin etiam ruris cultus legesque notavit,
Militiamque soli; quod colles Bacchus amaret,
Quod fecunda Ceres campos, quod Pallas utrumque,
Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis,
Silvarumque deos, sacrataque munia nymphis,
Pacis opus, magnos naturae condit in usus.
Astrorum quidam varias dixere figuras,
Signaque diffuso passim labentia caelo,
In proprium cuiusque genus causasque tulere,
Persei et Andromedae poenas, matremque dolentem,
Solventemque patrem, raptamque Lycaone natam,
Officioque Iovis cynosuram, lacte capellam,
Et furto cycnum, pietate ad sidera ductam
Erigonen, ictuque nepam, spolioque leonem

A. v. 14 primum — corpus — T. iuvisse senis c. v. 18 numina v. 19 rogavit v. 21 quod Bacchus v. 23 numina Nymphas v. 27 Improprium v. 32 Erigonem.

S. v. 14 primum — corpus v. 18 numina v. 19 rogavit v. 21 quod Bacchus v. 23 numina Nymphas v. 25 varias quidam v. 28 Persea

B. v. 10 diducere v. 19 novandi v. 23 eiicit v. 28 Persea et Andromeden poena v. 29 Solantemque — raptuque

V. v. 12 *parentis* L., sed a corr. *e*. v. 14 *corpus* omnes; corr. B. v. 15 *Titanasque senes iuvisse* omnes. ex Gemblacensi correxit Scal. v. 17 *lumina*. V. 1. 2. C. v. 19 *rogarit* V. 1. 2. L. C. *notarit* G. Ego correxi et ante me P. Francius in nott. mss. v. 21 *quod Bacchus utrumque* omnes; correxit B. v. 22 *magis quod* (om. *essent*) V. 1. 2. C. v. 23 *numina nymphis*, omnes. Ego correxi. v. 24 Suspicor: *conditum in usus*. v. 28 *Persi* omnes. v. 32 *Erigonem* L. V. 1.

Et morsu cancrum, pisces Cythereide versa,
Lanigerum victo ducentem sidera ponto,
Ceteraque ex variis pendentia casibus astra
Aethera per summum voluerunt fixa revolvi.
Quorum carminibus nihil est nisi fabula caelum,
Terrave composuit caelum, quae pendet ab illo.
Quin etiam ritus pecorumque et Pana sonantem
In calamos Sicula memorat tellure creatus;
Nec silvis silvestre canit, perque horrida motus
Rura serit dulcis, musamque inducit in arva.
Ecce alius pictas volucres ac bella ferarum
Ille venenatos anguis, hic nata per herbas
Fata refert, vitamque sua radice ferentis.
Quin etiam tenebris immersum tartaron atrum
In lucem de nocte vocant, orbemque revolvunt
Interius versum, naturae foedere rupto.
Omne genus rerum doctae cecinere sorores;
Omnis ad accessus Heliconis semita trita est,
Et iam confusi manant de fontibus amnes,
Nec capiunt haustum turbamque ad nota ruentem.
Integra quaeramus rorantis prata per herbas,
Undamque occultis meditantem murmur in antris,
Quam neque durato gustarunt ore volucres,

A. v. 38 Terraque v. 39 pecorum ritus v. 42 in auras v. 43 et bella v. 46 immensum tartara natum v. 52 ad sacra v. 55 gustarint

S. v. 38 Terraque v. 39 pecorum ritus et v. 42 musasque v. 43 et bella v. 55 gustarint

B. v. 39 ritus pastorum v. 42 in antra v. 43 secla ferarum v. 44 gramina et herbas v. 45 vitamve v. 46 atris v. 55 gustarint

V. v. 33 *fisces* V. 1. 2. C. v. 36 Fortasse legendum, *resolvi*. Legem aeternam, qua fixa per summum aethera astra sunt, fabulis fictis solvebant. v. 38 *Terraque* L. *Terra* C. *Terra ut* V. 1. *Terrave* V. 2. v. 39 *ritus pecorum* L. C. *pecorumque et pana* V. 1. 2. (sed hic *vana*.) v. 42 *causamque* V. 1. 2. *in auras* omnes; corr. Scal. v. 44 *anguis* V. 2. L. sed hic corr. *e*. v. 46 *inmensum tartara natum* omnes; corr. Scal. v. 50 *helicones* omnes. v. 52 *ad nata* V. 1. 2. C. v. 53 *rorantis* L. v. 55 *gustarent* C. *gustarunt* V. 1. 2. L. (in hoc ante fuerat *gustarint*.)

Ipse nec aethereo Phoebus libaverit igni.
Nostra loquar; nulli vatum debebimus ora,
Nec furtum, sed opus veniet, soloque volamus
In caelum curru, propria rate pellimus undas.
Namque canam tacita naturae mente potentem
Infusumque deum caelo, terrisque, fretoque,
Ingentem aequali moderantem foedere molem,
Totumque alterno consensu vivere mundum,
Et rationis agi motu, cum spiritus unus
Per cunctas habitet partes atque irriget orbem,
Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.
Quod nisi cognatis membris contexta maneret
Machina, et imposito pareret tota magistro,
Ac tantum mundi regeret prudentia sensum;
Non esset statio terris, non ambitus astris,
Haereretque vagus mundus standoque rigeret,
Nec sua dispositos servarent sidera cursus,
Noxque alterna diem fugeret rursumque fugaret;
Non imbres alerent terras, non aethera venti,
Nec pontus gravidas nubes, nec flumina pontum,
Nec pelagus fontis, nec staret summa per omnis
Par semper partis aequo digesta parente,
Ut neque deficerent undae, nec sideret orbis,
Nec caelum iusto maiusve minusve volaret.
Motus alit, non mutat opus; sic omnia toto
Dispensata manent mundo, dominumque sequuntur.
Hic igitur deus et ratio quae cuncta gubernat

A. v. 57 orsa v. 78 sidera nobis

S. v. 57 orsa v. 59 priva v. 69 censum v. 75 pondus v. 78 sidera nobis

B. v. 57 orsa v. 59 In campum v. 60 naturam v. 69 censum v. 71 expungit v. 72 Nec vaga v. 73 Noxve

v. 57 *ora* omnes. v. 58 *locamus* V. 1. 2. *loquamur* C. v. 76 *fontis* L., sed corr. *e*. Accusativus verus; nam fontium pater Neptunus est. *omnis* L. v. 77 *Pars* omnes. *partis* (sed corr. *e*) L. v. 78 *sidera nobis* V. 1. 2. C. *sidera orbis* L. (superscr. *vel nobis*) G. *sidera et orbis* Venetus. corr. B.

Ducit ab aeternis terrena animalia signis.
Quae quamquam longo cogit summota recessu,
Sentiri tamen, ut vitas ac fata ministrent
Gentibus, ac proprios per singula corpora mores.
Nec nimis est quaerenda fides; sic temperat arva
Caelum, sic varias fruges redditque rapitque,
Sic pontum movet ac terris immittit et aufert;
Atque haec seditio pelagus nunc sidere lunae
Mota tenet, nunc diverso stimulata recessu,
Nunc anni spatio Phoebum comitata volantem.
Si submersa fretis, concharum et carcere clausa
Ad lunae motum variant animalia corpus,
Et cum damna tuas imitantur, Delia, vires,
Tu quoque fraternis si reddis curribus ora,
Atque iterum ex isdem repetis, quantumque relinquit
Aut dedit ille, refers et sidus sidere constas,
Denique si pecudes et muta animalia terris,
Quum maneant ignara sui legisque per aevum,
Natura tamen ad mundum revocante parentem
Attollunt animos, caelumque et sidera servant,
Corporaque ad lunae nascentis cornua lustrant,

A. v. 83 aethereis v. 85 ut victamque ac facta v. 87 minus v. 90 pelagi — sidera v. 91 tenent v. 93 Sic v. 96 Sic — cornibus v. 97 reliquit v. 98 refert — constat. v. 99 sic v. 100 perrennis v. 102 ac sidera

S. v. 83 aethereis v. 85 ministret v. 87 minus v. 90 pelagi — sidera v. 91 tenent v. 93 Sic v. 96 sic v. 99 sic

B. v. 83 aethereis v. 84 condit v. 87 si v. 88 si v. 89 Si. v. 95 Et tua d. tuasque v. 96 perdis in oribus v. 97 reliquit

V. v. 83 *aeternis* omnes. Verum tamen puto, *aethereis*. v. 85 *vita* L. C. quae (signa) quamquam longo recessu summota cogit tamen (deus) sentiri, ut fata ministrent gentibus. v. 87 *minus* omnes; corr. B. v. 89 *ac* L. cett. *et*. v. 90 *sidera* omnes. v. 91 *tenent* omnes. corr. Scal. et B. v. 93 *subversa* V. 1. 2. C. v. 96 *sic* omnes. corr. B. v. 97 *hisdem* L. V. 1. 2. — *relinquis* V. 1. 2. C. L. v. 98 *refert* — *constans* omnes, ex G. corr. Scal. v. 99 *sic* omnes. corr. B. v. 102 *ad sidera* V. 1. 2. C. Fortasse *ac* scribendum. —

Venturasque vident hiemes, reditura serena;
Quis dubitet post haec hominem coniungere caelo?

*

Eximium natura dedit, linguamque, capaxque
Ingenium, volucremque animum, quem denique in unum
Descendit deus atque habitat, ipsumque requirit, —
Mitte alias artes, quarum est permissa facultas,
Infidas adeo, nec nostri munera census,
[Mitte, quod aequali nihil est sub lege tributum,
Quod patet auctores summi non corporis esse,
Mitto quod certum est et inevitabile fatum]
(Materiae fatum est cogi, sed cogere mundo)
Quis caelum possit nisi caeli munere nosse?
Et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est?
Atque hanc convexi molem sine fine patentis,
Signorumque choros ac mundi flammea tecta,
Aeternum et stellis adversus sidera bellum
[Ac terras caeloque fretum subiectaque utrisque]

A. v. 106 Eximiam v. 109 Mitto — voluntas v. 110 Infidos v. 111 Mitto v. 112 humani corp. v. 114 Materiaeque datum v. 115 munera nosset. v. 116 ipsa v. 117 connexi — parentis

S. v. 106 Eximiam v. 108 seque ipse v. 109 Mitto v. 111 Mitto v. 112 Quo p. auctoris summam v. 113 quod et v. 114 Materiaeque sat est v. 115 munera nosset

B. v. 106 Cui xenium v. 108 seque ipse v. 109 Mitto — haut perm. v. 112 eiicit. v. 113 quod et v. 114 Materiaeque datum v. 115 posset v. 117 Quisve v. 120 proscribit.

V. post vs. 105 versum excidisse iudico. P. Francius vs. 106 ita refingit: *Cui dedit eximiam linguam natura capaxque*; recepit Pingreus. v. 108 *seque ipse* L. et G.; ex interpolatione, nisi fallor. *ipsumque*, quod V. 1. 2. C. habent, plane Manilianum est, quod qui hactenus legerunt omnes abunde sciunt. v. 109 *Mitte* omnes. neque usquam in Manilio persona prima verbi in *o* finiens invenitur. v. 109 *voluntas* V. 1. 2. C. v. 110 *Infidus* V. 1. 2. C. *Infidos* L. G. correxit Scal. v. 111 *Mitto* L. G. C. V. 1. *mitte* V. 2. Sed et sententiae et verba hunc et duos sequentes non a Manilio esse demonstrant. v. 114 *fatum est* V. 1. 2. C. L. quod sententia postulat; fortasse hic quoque eximendus erat. G. *materiaeque sat est.* v. 115 *posset* G. Sed *possit*, quamquam a lege gramm. vulgari recedens, multorum tamen scriptorum auctoritate et exemplo satis defenditur. — *munera nosset* omnes. (*posset* G.) corr. B. v. 116 *pars ipsa* omnes. corr. Scal. v. 117 *parentis* omnes. corr. Scal.

Cernere et angusto sub pectore claudere possit,
Ni tantos animis oculos natura dedisset,
Cognatamque sui mentem vertisset ad ipsam,
Et tantum dictasset opus, caeloque veniret
Quod vocat in caelum sacra ad commercia caeli
Et primas quas dant leges nascentibus astra.
Quis neget esse nefas invitum prendere mundum,
Et velut in semet captum deducere in orbem?
Sed ne circuitu longo manifesta probentur,
Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.
Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam;
Rite secanda via est ac veris credita causis,
Eventusque datur, qualis praedicitur ante.
Quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
Audeat et tantae suffragia vincere sortis?
Haec ego divino cupiam cum ad sidera flatu
Ferre nec in turbam, nec turbae carmina condam,
Sed solus vacuo veluti vectatus in orbe
Liber agam currus non occursantibus ullis,
Nec per iter socios commune gerentibus actus,
Sed caelo noscenda canam mirantibus astris,
Et gaudente sui mundo per carmina vatis,
Vel quibus illa sacros non invidere meatus
Notitiamque sui, minima est quae turba per orbem;

A. v. 123 ipsum v. 124 ditasset v. 133 datus v. 139 Verbera tam v. 140 pariter

S. v. 130 Ipsi res v. 132 secunda v. 139 Verbere agam v. 140 regentibus

B. v. 121 posset — tacitos — stimulos v. 123 suae v. 126 spurium ait. v. 132 Arte — tradita v. 137 in terram vss. 138 ad 140 incl. inducit.

V. v. 122 *animi* C. L. v. 129 *videntur* V. 1. 2. C. v. 132 *secunda* omnes. corr. Scal. v. 136 *sidera fato* V. 1. 2. C. v. 137 *cardine quondam* V. 1. C. *tardant quondam* V. 2. *carmina* (superscr. *e*) *quondam* L. v. 139 *libera tam* V. 1. 2. C. L. (in hoc superscr. *vel umbrato curru*, quod habet G.) *nolo cursantibus* V. 1. 2. C. corr. B. v. 140 *pariter* V. 1. 2. v. 144 *per urbem* V. 1. 2.

Illa fluat, quae divitias, quae diligit aurum,
Imperia et fasces mollemque per otia luxum,
Et blandis adversa sonis, dulcemque per aures
Affectum, ut modico noscenda ad fata labore.
Hoc quoque fatorum est, legem perdiscere fati.
Ac primum astrorum varia est natura notanda
Carminibus per utrumque genus. nam mascula sex sunt,
Diversi totidem generis sub principe Tauro.
Cernis ut aversus redeundo surgat in arcum?
Alternant genus, et vicibus variantur in orbem.
Humanas etiam species in parte videbis.
Nec mores distant. pecudum pars atque ferarum
Ingenium facient; quae iam signanda sagaci
Singula sunt animo, propria quae sorte feruntur.
Nunc binis insiste; dabunt geminata potentis
Per socium effectus; multum comes addit et aufert,
Ambiguisque valent, quis sunt collegia, fatis
Ad meritum noxamque. Duos per sidera Pisces,
Et totidem Geminos nudatis aspice membris.

A. v. 145 fuit v. 150 At v. 156 moris v. 161 quae

S. v. 145 fluit v. 150 At v. 154 habet ante 53. v. 157 Etiam signanda

B. vss. 145—48 incl. eiicit. v. 150 Et v. 151 Nominibus v. 153 aversos — artus v. 154 secus v. 157 quaedam

V. v. 145 *fluit* omnes. Ego correxi, hac sententia: Ego cum carmina mea ad sidera nec in turbam ferre cupiam, quumque non turbae scribam, sed quasi vacuo in orbe solus, nullis occursantibus et socios actus in communi itinere gerentibus, currus agam, unique caelo vel paucis quibusdam canam, quibus id sidera concessere; fluat illa turba, quae imperia et divitias, mollemque luxum et carminibus, quae blandos sonos ambiunt, dulcem per aures affectum sectatur, ut quem, si cum rerum caelestium investigatione comparetur, modico labore inveniant. De vario usu *fluendi*, cf. II, 764; 807, III, 528; IV, 377; V, 371. v. 146 *mollemque per otia laurum* V. 1. 2. Quod haud scio an verum sit. v. 150 *Et* V. 1. G. *At* V. 2. C. *t* L. Ego, ut initium doctrinae decebat, *Ac* scripsi. v. 153 *adversus* omnes. corr. Scal. — *in arcu* V. 1. 2. v. 155 *inde species* V. 1. 2. Memorabilis lectio. Non raro M. ante duplices literas producit syllabas. v. 156 *moris* omnes. corr. Scal. v. 159 *potentis* L. quamquam corr. superscr. *e.* v. 161 *Ambiguusque* omnes. *quae sint* V. 1. 2. *qui sint* C. *quissunt* L.

His coniuncta manent alterno brachia nexu;
Dissimile est illis iter in contraria versis;
Par numerus; sed enim dispar natura notanda est.
Atque haec ex paribus toto gaudentia censu
Signa meant; nihil exterius mirantur in ipsis,
Admissumve dolent, quaedam, quod parte recisa,
Atque ex diverso commissis corpore membris,
Ut Capricornus et is qui intentum dirigit arcum
Iunctus equo; pars huic hominis, sed nulla priori.
[Hoc quoque servandum est alta discrimen in arte;
Distat enim gemina duo sint duplave figura]
Quin etiam Erigone binis numeratur in astris,
Nec facie, duplex ratio; nam desinit aestas,
Incipit auctumnus media sub Virgine utrimque.
Idcirco tropicis praecedunt omnibus astra
Bina, ut Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,
Quod duplicis retinent connexo tempore vires;
Ut, quos subsequitur Cancer per sidera fratres,
E Geminis alter florentia tempora veris
Sufficit, aestatem sitientem provehit alter;
Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem,
Ille senescentis veris, subeuntis et ille

A. v. 167 caelo v. 168 manent v. 169 Amissumve v. 171 om. et is. — tentum v. 172 prioris v. 176 ratio duplex v. 181 Ut quod — sub sid. v. 182 Ex

S. v. 169 Amissumve — quoque v. 171 et hic — tentum v. 172 huic oris — prioris v. 176 ratio duplex v. 182 Ex v. 185 at ille

B. v. 164 meant v. 166 positura v. 169 Amissumve — sunt parte v. 171 et hic — v. 173 et 74 inducit. v. 176 Et facie et ratione

V. v. 167 *caelo* V. 1. 2. C. v. 168 *nihil deterius miratur* V. 1. 2. v. 169 *Admissumve* omnes. intelligit ferinam naturam humanae prave adiunctam. *quaedam* dolent, *quod parte recisa* sunt atque membris varie commissis; alterius exemplum est Centaurus, alterius Capricornus. v. 171 *utque capricornus* (*nius* V. 1.) *qui* omnes; sed *que* a correctore additum ad *Ut* in L. *et is* ego addidi. (priores, *et hic.*) *intentum* omnes. v. 172 *oris* — *prioris* omnes; corr. Scal. v. 176 *duplex ratio* V. 1. 2. v. 180 *duplicis* L. corr. *e*. v. 181 *quod* omnes. corr. Scal. — *super sidera* V. 1. 2. C. L. in hoc *su* deletae; *per* G. v. 182 *Et geminis* omnes; corr. B. *vires* omnes. v. 184 *colorem* omnes. v. 185 *senescentis vires* — *Etatis* omnes.

Aestatis; par est primae sors ultima sorti.
Nec non Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso
Promittit, duplici formatus imagine fertur.
Mitior autumnus mollis sibi vindicat artus,
Materiamque oris; fera tergo membra rigentem
Excipiunt hiemem, mutantque in tempora signum.
Quosque Aries prae se mittit, duo tempora Pisces
Bina dicant; hiemem claudit, ver inchoat alter;
Cum sol aequoreis revolans decurrit in astris,
Hiberni coeunt cum vernis roribus imbres;
Utraque sors humoris habet fluitantia signa.
    Quin tria signa novem-signis coniuncta repugnant,
Et quasi seditio caelum tenet; aspice Taurum
Clunibus, et Geminos pedibus, testudine Cancrum
Surgere, cum rectis oriantur cetera membris,
Ne mirere moras, quum sol adversa per astra
Aestivum tardis attollit mensibus annum.
    Nec te praetereant nocturna diurnaque signa,
Quae sint, perspicere et propria deducere lege;
Non tenebris aut luce suam peragentia sortem,
(Nam commune foret nullo discrimine nomen,
Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,

L. v. 186 pars — parti v. 190 fert v. 191 mittunt v. 193 ferunt v. 194 ab astris v. 195 quom ver tunc roboris v. 196 Ultima quod sursum oris v. 197 Quod v. 205 noctem v. 207 quae

G. v. 186 pars — parti v. 189—91 collocat ante vs. 187 et 88. v. 188 Praemittit v. 189 mittunt v. 202 attollat v. 203 praetereat

3. v. 187 Quin etiam v. 190 M. hominis v. 191 mittuntque v. 193 hic claudit v. 197 novem serie v. 201 Nec v. 202 attollat v. 203 *praetereat*

7. v. 186 *pars — parti* omnes. corr. B. v. 189 *mollis* L. sed corr. *e.* v. 190 *Materiam oris* dicit humanitatem, cuius argumentum *ore* prae se fert humano. v. 191 *nunciāque* L. *nunciamque* C. *nunciantque* V. 1. *nunc iamque* G. *nūttiantque* V. 2. Ego correxi. v. 195 *quum* vel *cum ver tunc* (*vertunt* V. 2. *ver. tus*, corr. *ver tunc* L.) *roboris* omnes. corr. Scal. v. 196 *Ultraque* V. 1. 2. C. *sursum oris* omnes. corr. Scal. v. 197 *Quod* omnes; corr. Scal. v. 202 *adtollat* L. G. ceteri verius *attollit*. v. 203 *praetereant* omnes. v. 205 *noctem* V. 1. C. *noctes* V. 2.

Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur;)
Sed quibus illa parens mundi natura sacratas
Temporis attribuit partes statione perenni.
Namque Sagittari signum rapidique Leonis
Et sua respiciens aurato vellere terga,
Tunc Pisces, et Cancer, et acri Scorpion ictu
Aut vicina loco, divisa aut partibus aequis,
Omnia dicuntur simili sub sorte diurna;
Cetera ter numero consortia, ter vice sedis,
Interiecta locis totidem nocturna feruntur.
Quin etiam sex continuis dixere diurnas
Esse vices castris, quae sunt a principe signo
Lanigeri; sex a Chelis nocturna videri.
Sunt quibus esse diurna placet, quae mascula surgunt;
Feminea in noctem tutis gaudere tenebris.
  Quin nonnulla sibi nullo monstrante loquuntur,
Neptuno debere genus: scopulosus in undis
Cancer et effuso gaudentes aequore Pisces.

A. v. 209 sacrata est v. 214 diversa v. 216 *nec* — nec v. 219 Castoris esse v. v. 220 a Libra v. 223 Quod v. 225 in aequore

S. v. 211 rabidique v. 213 Nunc — nunc — Scorpios v. 216 nec—nec v. 219 Castris esse v. 220 a Libra v. 222 Femineam n.

B. v. 208 proscribit. v. 211 rabidique v. 213 Scorpios v. 216 abiicit. v. 219 astris v. 222 F. sortem noctis v. 223 tibi v. 224 populosus

V. v. 209 *sacrata est* omnes; corr. Scal. v. 211 *rabidi* G. cett. *rapidi* v. 213 *Nunc* omnes. corr. B. v. 216 *nec* — *nec* omnes. ego corr. Nam iungendum esse ait Sagittarium cum Leone; ergo tria signa relinquuntur in medio. a Leone iterum tria interponens venis ad Arietem. a quo proximi sunt Pisces; unde tria remetiens venis ad Cancrum, proximum Leoni; iterumque a Cancro intermissis tribus habes Scorpion proximum Sagittario. Sic diurna invenimus sex, quae sunt *ter consortia* i. e. eiusdem sortis et conditionis *vice sedis*, quia inter bina quaeque ter bina nocturna interiacent; eademque *ter sunt consortia numero*, quia bina diurna ter numero pergunt. Quae autem bina media eaque ter numero pergentia ter binis diurnis disiuncta relinquuntur, ea nocturna sunt. v. 219 *Esse vices castris* omnes. v. 220 *a libris* omnes. corr. B. v. 221 *placent* V. 1. 2. v. 222 *Feminea in n.* omnes. v. 223 *Quod* omnes. corr. Scal. v. 225 *in aequore* omnes. fortasse, *marmore*.

Ut quae terrena censentur sidera sorte,
Princeps armenti Taurus, regnoque superbus
Lanigeri gregis est Aries, pestisque duorum
Praedatorque Leo, dumosis Scorpius arvis.
Sunt etiam mediae legis communia signa,
Ambiguus terrae Capricornus, Aquarius undis,
Pars maris, urna nitens fundentis semper aquari;
Humida terrenis aequo illi foedere mixta.
Non licet a minimis animum deflectere curis,
Nec quidquam rationis eget frustrave creatum.
Fecundum est proprie Cancri genus, acer et ictu
Scorpios, et partu complentes aequora Pisces.
Sed sterilis Virgo est simili coniuncta Leoni;
Nec capit, aut captos effundit Aquarius ortus.
Inter utrumque manet Capricornus corpore mixto,
Et qui Cretaeo fulget Centaurus in arcu,
Communisque Aries, aequantem tempore Libram
Et Geminos, Taurumque pari sub sorte recenset.
Nec tu nulla putes in eo commenta vocasse
Naturam rerum, quod sunt currentia quaedam,
Ut Leo, et Arcitenens, Ariesque in cornua tortus;
Aut quae recta suis librentur stantia membris,
Ut Virgo, et Gemini, fundens et Aquarius undas.

A. v. 228 positusque v. 232 Parsque marina v. 233 atque illi degere v. 234 causis v. 241 contento v. 247 librantur

S. v. 228 hostisque v. 233 collocat ante 31 et 32. v. 231 C. et aequoris undis v. 232 Parsque mari nitens v. 233 aequali f. v. 242 tempora v. 244 notasse v. 247 librantur

B. v. 229 Leo et v. 232 abiicit v. 233 aequali foedere v. 235 creatum est v. 242 tempora v. 244 momenta locasse v. 246 torvus v. 247 librantur

V. v. 228 *positique* G. L. *positisque* V. 1. 2. C. corr. Gronov. Obss. III, 15 v. 229 *F. et rimosis.* v. 232 *Parsque marina* omnes; ego correxi. Aquarius est Cecrops. v. 233 *atque illi degere* omnes. Et potest sane aliquo modo defendi: atque illi (Capricorno) humida terrenis sunt mixta degere, ἐπὶ τὸ συνοικεῖν. v. 237 *Scorpius* V. 1. 2. C. et L. sed ex corr.; fuerat *o.* v. 242 *tempora* V. 1. 2. *tempore* ceteri. aequat Libra tempore Arietem. v. 244 *commenta vocasse* omnes. provocat natura nostra commenta. v. 247 *librentur* omnes.

Vel quae fessa sedent pigras referentia mentes,
Taurus depositis collo sopitus aratris,
Libra sub emerito considens orbe laborum;
Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in astris,
Prone, iaces; Cancer patulam distentus in alvum,
Scorpios incumbens plano sub corpore terrae,
In latus obliqui Pisces semperque iacentes.
Quodsi solerti circumspicis omnia cura,
Fraudata invenies amissis sidera membris.
Scorpios in Libra consumit brachia; Taurus
Succidit in curvo claudus pede; lumina Cancro
Desunt; Centauro superest et quaeritur unum.
Sic nostros casus solatur mundus in astris,
Exemploque docet patienter damna subire,
Omnis cum caelo fortunae pendeat ordo,
Ipsaque debilibus formentur sidera membris.
Temporibus quoque sunt propriis pollentia signa,
Aestas a Geminis, autumnus Virgine surgit,
Bruma Sagittifero, ver Piscibus incipit esse.
Quattuor in partes scribuntur sidera terrae,
Hiberna aestivis, autumnis verna repugnant.
Nec satis est proprias signorum noscere formas;
Consensu quoque fata movent et foedere gaudent,
Atque aliis alia succedunt sorte locoque.
Circulus ut dextro signorum clauditur orbe,
In tris aequalis discurrit linea ductus,
Inque vicem extremis iungit se finibus ipsa,
Et quaecunque ferit, dicuntur signa trigona,

A. v. 251 conscendens v. 253 Contra iacet v. 272 aliae v. 276 quaecunque tamen

S. v. 249 Ut v. 253 Contra iacet v. 259 incurvo — cancro

B. v. 251 emenso v. 253 Strata iacent v. 254 pectore v. 259 incurvo — cancro v. 267 ire v. 268 terna v. 272 alias v. 273 flexo

V. v. 253 *Contra iacet* omnes. Ego correxi. v. 254 *Scorpios*, quamquam *u* a corr. superscr. L. *pectore* G. v. 258 *Scorpios* L. v. 259 *in curvo* omnes. *Cancri* omnes. v. 268 *terrae*, in terrae usum. v. 274 *tris aequalis*, sed corr. *e*. L.

In tria partitus quod ter cadit angulus astra,
Quae divisa manent ternis distantia signis.
Lanigeri paribus spatiis duo signa, Leonis
Atque Sagittari, diverso conspicis ortu.
Virginis et Tauri Capricorno consonat astrum.
Cetera sunt simili ratione triangula signa
Per totidem sortis diiuncta ac condita mundo;
Sed discrimen erit, dextra, an sint laeva. sinistra,
Quae subeunt; quae praecedunt, dextra esse feruntur.
Dextera erit Tauro Capricornus, Virgo sinistra.
Hoc satis exemplo est. at quae divisa quaternis
Partibus aequali laterum sunt condita ductu,
Quorum designat normalis virgula sedes,
Haecce ferit Libram, tortus Capricornus et illam
Conspicit; hunc Aries, atque illum partibus aequis
Cancer, et hunc laeva subeuntis sidera Librae.
Semper enim dextris censentur signa priora.
Sic licet in totidem partes deducere cuncta,

A. v. 277 partitur v. 278 terris v. 279 Laniger v. 280 conspicit v. 283 toti — desunt quae v. 284 d. seu causa v. 286 Dexter v. 287 ad — diversa v. 290 Dextra ferunt L. Capricornus spectat v. 292 laevae v. 294 Scilicet

S. v. 279 Laniger e v. 280 conspicit v. 283 desunt quae v. 284 seu caussa v. 286 Dexter v. 287 diversa v. 290 Dextra fert L. Cancer, C. v. 291 atque ipsum

B. v. 279 Laniger e v. 280 conspicit v. 283 a verbis: *desunt, quae* ad v. 287: *at quae* abiicit. v. 290 Haec quadrata ferunt. libram capricornus et illum v. 291 hinc — ipsum a part.

V. v. 277 *partitur* omnes. corr. Scal. v. 279 *Laniger et* omnes. Ego correxi. Trigonon Lanigeri est, qui ducit. v. 280 *conspicis* V. 1. 2. *conspicit.* G. L. v. 283 *tortis* omnes. corr. Scal. — *desunt quae* omnes. Ego correxi. v. 284 *dextris seu causa* omnes. ego corr. v. 286 *Dextra* V. 1. 2. *Dextera* L. C. v. 287 *divisa* omnes. v. 290 *Haecca* vel *Hecca* omnes. *ferunt* L. G. *fer* C. *fert* V. 1. 2. — *libram capricornus et illum* omnes. unus V. 2. servavit verum, *libram tortus.* Quod ne interpolatum censeas, et libri eius indoles vetat, et quod margini tanquam sideris nomen adscriptum est, *Turtus.* Sub Capricorno natus erat Tiberius, invisus urbi, quum primi hi libri scriberentur. Inde ambigue *tortum* i. e. obscurum et dolosum hoc sidus nuncupat. Eodem refero, quod supra, similiter ludens, *pronum* eum *iacere,* vs. 253, dicebat. In insula Rhodo tunc ille, neglectus ab omnibus, latitabat. v. 294 *Scilicet* omnes. corr. Scal.

Ternaque bis senis quadrata effingere signis,
Quorum proposito redduntur in ordine vires.
Sed si quis contentus erit numerasse quadrata,
Divisum ut signis mundum putet esse quaternis,
Aut tria sub quinis signis ornare trigonum,
Ut socias vires et amicos exigat ortus,
Foederaque inveniat mundi cognata per astra,
Falsus erit. Nam quina licet sint undique signa,
Qui tamen ex signis, quae quinto quoque feruntur
Astra loco, fuerint nati, sentire trigoni
Non poterunt vires, licet illud nomine servent;
Amisere loco dotes numerisque repugnant.
Nam cum sint partes orbis per signa trecentae
Et ter vicenae, quas Phoebi circuit ardor;
Tertia pars eius numeri latus efficit unum
In tres perducti partes per signa trigoni.
Hanc autem numeri non reddit linea summam,
Si signum a signo, non pars a parte notetur.
Quod quamvis duo sint ternis dirimentibus astra,
Si tamen extremum laevi primamve prioris
Inter se conferre voles, numerumque notare,
Ter quinquagenas implebunt ordine partes.
Transibit numerus formam, finisque sequentis
Consumet ductus. licet ergo signa trigona
Dicantur, partes non servant illa trigonas.
Haec eadem species fallet per signa quadrata;
Quod quum totius numeri, qui construit orbem,

A. v. 295 quadrate fingere v. 298 Divisum sign. v. 313 sint haec a d. v. 320 fallit

S. v. 295 quadrate fingere v. 313 quum bis — haec a v. 314 primumve

B. v. 299 formare v. 304 Posta v. 313 sunt v. 314 primumque

V. v. 295 *quadrata fringere* V. 1. 2. C. G. *quadrate fingere* (*frangere* fuerat) L. corr. B. v. 298 *Divisum signis* omnes. corr. Scal. v. 299 *signis quinis* V. 1. 2. v. 304 *natis* omnes. v. 313 *sunt* L. *a dirimentibus* omnes. corr. B. v. 314 *primamve* omnes. i. e. partem, non signum. v. 317 *finisque* omnes.

Nongentae quadrum partes per sidera reddant,
Evenit, ut prima signi de parte prioris,
Si partem ad summam ducatur virga sequentis,
Bis sexagenas faciat; sin summa prioris
Et pars confertur subiuncti prima, duorum
Signorum in medio numerum transitque refertque;
Triginta duplicat partes, pars tertia deerit;
Et quamvis quartum a quarto quis computet astrum,
Naufragium facient partes unius in ipsis.
Non igitur satis est, signis numerasse trigonas,
Quadrative fidem caeli per signa quadrata,
Quadrati si forte voles effingere formam,
Aut trinis paribus facies cum membra trigoni.
Hic poscit quintam partem centesima summa,
Illic amittit decimam. sic convenit ordo.
Et quiscunque quater iunctis favet angulus usque,
Quaeque loca in triplici signarit linea ductu,
Cum signata viae linquet dispendia recta;
His natura dedit communi foedera lege,
Inque vicem affectus et mutua iura favoris.
Quocirca non omnis habet genitura trigonis
[Consumet ductus. licet ergo signa trigona
Dicantur, partis non servant illa trigonis]

A. v. 322 Ter triginta v. 325 faciet sua v. 326 subiunctis v. 328 duplica v. 332 quaterna v. 334 trigonis v. 337 cunctis v. 339 rectae v. 340 foedere legem v. 342 trigonos

S. v. 322 Ter triginta v. 327 S. medium v. 332 quaterna v. 338 loca trip. v. 339 .rectae v. 342 trigonos

B. v. 327 in quadro v. 331 quinis — trigonum v. 332 f. quaeri . — quaterna v. 337 iunctus v. 339 C. curvata — rectae v. 343 et 44 male repeti ex vs. 318 et 19 vidit et induxit.

V. v. 322 *Per triginta* V. 1. 2. *Ter triginta* ceteri; corr. B. v. 326 *subiunctis confertur* V. 1. 2. *confertur subiunctis* L. G. C. corr. Scal. v. 329 *computat* V. 1. 2. C. sequente futuro, *facient*, coniunctivus e Lipsiensi assumendus erat. v. 332 *quadrata* V. 1. 2. v. 337 *cunctio* omnes. corr. Scal. v. 339 *recta* omnes. dispendia ipsa *recta* vocantur. v. 342 *trigonos* V. 1. 2. C. etiam L., sed hic a corr. fuerat recte, *trigonis*.

Consensum signis, nec cum sunt forte quadrata,
Continua inter se servant commercia rerum.
Distat enim, an partis consumat linea iustas,
Detractetne modum numeri, quem circulus ambit.
Nunc tres efficiet, nunc quattuor undique ductus,
Quos in plura iubet ratio procedere signa
Interdum, quam sunt numeris memorata per orbem.
Sed longe maius ius est per signa trigoni
Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.
Altior est horum summoto linea templo:
Illa magis vicina meat caeloque recedit,
Et propius terras accedit visus eorum,
Aeraque infectum nostras demittit ad auras.
Debilia alternis data sunt commercia signis
Mutua, nec magno consensu foedera servant;
Invita angusto quod linea flectitur orbe.
Nam cum per tales formantur singula limos
Sidera, et alterno devertitur angulus astro,
Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem;
A Tauro venit in Cancrum, tum Virgine tacta
Scorpion ingreditur, quo te, Capricorne, rigentem

A. v. 345 sint sorte v. 346 Continuo v. 350 iuvet v. 351 sint v. 352 maior vis v. 353 quadratus v. 357 dimittit v. 358 Deviaque v. 361 calles v. 362 divertitur

S. v. 345 sint sorte v. 346 Continuo v. 348 Detractetve v. 349 efficiat v. 352 maior vis v. 353 quadratus v. 357 dimittit v. 358 Deviaque v. 361 limas v. 362 divertitur

B. v. 346 Continuo v. 352 enim, ,partes v. 349 efficiat v. 352 maior vis — trigonis v. 356 terris v. 358 At dubia v. 361 pertransit formatus s. limes v. 365 tum te

V. v. 345 *sunt sorte* V. 1. 2. C. *forte* L. G. v. 346 ***Continua*** omnes. v. 347 *partis* omnes. v. 348 ***Detractetque*** omnes. corr. B. v. 349 *efficiet* omnes. v. 350 *iuvet* omnes. corr. Scal. v. 352 *maior vis* L. G. *maius ius* V. 1. 2. C. noli in repetita syllaba ***us*** haerere, quum altera corripiatur, producatur altera. quod ***vis*** non *ius* legebant, *us* in *or* mutata est. v. 353 *quadratus* V. 1. 2. v. 357 *dimittit* omnes. corr. B. v. 358 ***Deviaque*** omnes. Ego correxi. (Lectio V. 2. qualis sit, non expungo; literarum enim ductus vel *Tertia* solvas, vel *Eervia* vel *Eenia.*) v. 361 ***limes*** omnes; ego correxi.

Et Geminos a te Pisces aversaque Tauro
Sidera contingens finit qua coeperat orbem.
Alterius ductus locus est per transita signa,
Utque ea praetereas, quae sunt mihi singula dicta,
Flexibus et totidem similis sit circulus illi.
Transversos igitur fugiunt subeuntia visus,
Quod nimis inclinat acne, limisque videntur,
Vicinoque latent; ex recto certior ictus.
Tertia convexo conduntur signa recessu.
Et quae succedit connexa et linea caelo est,
(Singula circuitu quae tantum transeat astra)
Vis eius procul est altoque vagatur Olympo,
Et tenues vires ex longo mittit in orbem.
Sed tamen est illis foedus sub lege propinqua;
Quod non diversum genus est, quod euntibus astris
Mascula sex maribus respondent, cetera sexus
Feminei sex coniungunt commercia mundi.

A. v. 366 adversaque v. 369 praeteream v. 370 fit — illis. v. 372 inclinant ac ne v. 374 converso v. 375 connexa est — caelo v. 379 Phoebus — propinquus v. 381 sed v. 382 se

S. v. 366 adversaque v. 370 fit — illis. v. 372 inclinant, ac ne v. 375 At — connexa est — caelo v. 376 transmeat v. 382 Feminei. Sic

B. v. 370 Fl. hic — fit v. 371 sexangula visus v. 372 inclinant aciem v. 374 eiicit. v. 375 At quis accedit convexo linea caelo v. 377 Visus eis v. 380 est genus, alternantibus v. 381 M. sed v. 382 F. secum

V. v. 366 *adversaque* omnes. corr. B. v. 368 *Alternis* — omnes. v. 370 *sit* omnes. Alter ductus est per signa transita, et ita, ut signa dicta praetereas, et circulis sit illi similis. *illis* omnes. corr. B. v. 371 Fugiunt visus, quia transversos subeunt. v. 372 *ac ne* V. 1. 2. C. *anne* G. L., sed superscr. *ac ne*. *inclinat* omnes. Ego restitui. *acne* nimis inclinatur, seu se inclinat. v. 375 *convexo linea caelo* L. *connexa est linea caelo* V. 1. *connexa linea caelo*. Ego correxi. Quae linea caelo succedit et ei connexa est; i. e. quae singula quaeque signa tangit. *Et* est *etiam*. v. 377 *vagare* V. 2. *vagantur*, ceteri corr. Scal. — tenebis *vagantur*, si cum B. scribes, *Visus eis*. Quod interdum nescio an verum sit. v. 379 *phoebus* V. 1. C. L. G. *quibus* V. 2. corr. Scal. v. 381 *Mascula sed* L. G. *si* V. 1. *Masculi samaribus* V. 2. corr. Scal. VI. in *si* transiit. v. 382 *F. se* L. G. V. 1. C. *Femine sexus iungunt* V. 2. Hic, ut saepe, veri vestigia servans. correxit Scal.

Sic quoque in alternis paret natura figuris,
Et cognata iacent generis sub legibus astra.
Iam vero nulla est haerentibus addita signis
Gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.
In seducta ferunt animos, quae cernere possunt.
Sunt etiam adversi generis connexa per orbem
Mascula femineis, semperque obsessa vicissim:
Disparibus non ulla datur concordia signis.
Sexta quoque in nullas numerantur commoda vires,
Virgula per totum quod par non ducitur orbem,
Sed duo signa facit mediis summota quaternis,
Tertius assumpto ductus non sufficit orbe.
At quae diversis ex partibus astra refulgent,
Per medium adverso mundum pendentia vultu,
Et toto divisa manent contraria caelo,
Septima quaeque loco quamvis submota feruntur,
Ex longo tamen illa manent, viresque ministrant
Vel bello vel pace suas, ut tempora poscunt,
Nunc foedus stellis nunc et dictantibus iras.
Quod si forte libet, quae sunt contraria signa
Per titulos celebrare suos sedesque, memento

A. v. 383 Sic quicquam alterius patet v. 384 certis v. 386 habet v. 387 in se cuncta v. 389 semper v. 395 Atque ita v. 398 quoque — ferantur v. 401 Phoebo

S. v. 383 Sic, inquam, alternis v. 387 in se ducta — qua v. 388 S. et diversi v. 398 ferantur v. 399 valent v. 401 Phoebo

B. v. 383 Sic quamquam alternis v. 395 e part. v. 396 tendentia v. 399 valent v. 402 sint

V. v. 383 *Sic quicquam* ceteri. sed V. 2.: *Tu quidquid.* Hinc correxi, *quoque in.* in alternis quoque figuris; nam natura non paret figuris, sed in figuris. v. 384 *legibus sub legibus* V. 1. 2. C. *generis* L. G. Sed cur *iacere* dicat astra non intelligo. Fortasse: *Nec* cognata *tacent. manent* C. ex interpolatione. v. 386 *habet* omnes. corr. Scal. v. 387 *In se ducta* omnes. corr. B. v. 392 *pars* omnes. corr. Scal. Poteris *pars* tueri, si adverbialiter accipias. quod quamquam a poesi abhorret, non tamen ab hoc poeta. v. 395 *Atque ea* omnes; corr. Scal. — *ex* omnes, (nisi quod *sex* V. 2.) v. 398 *quoque* V. 1. 2. *feruntur* omnes. v. 399 *manent* omnes, sed *valent* G., et a corr. L. superscr. *vel valent.* v. 401 *phoebo* omnes. corr. B. v. 402 *sunt* omnes, praeter G., in quo *sint.*

Solstitium brumae, Capricornum opponere Cancro,
Lanigerum Librae — par nox in utroque diesque est —;
Piscibus Erigonem, Iuvenique urnaeque Leonem;
Scorpius e summo cum fulget, Taurus in imo est;
Et cadit Arcitenens, Geminis orientibus orbe.
Hos servant inter sese contraria cursus.
Sed quamquam adversis fulgent contraria signis,
Natura tamen interdum sociata feruntur,
Et genera amplexis concordia mutua surgit,
Miscua si paribus, vel si diversa duorum est.
Respondent generi Pisces et Virginis astra;
Adversi volitant; sed amant communia iura,
Et vincit natura locum; sed vincitur ipsa
Temporibus, Cancerque tibi, Capricorne, repugnat,
Femina femineo, quia brumae dissidet aestas.
Hinc rigor et glacies nivibusque albentia rura;
Hinc sitis et sudor, nudusque in collibus orbis,
Aestivosque dies aequat nox frigida brumae.
Sic bellum natura gerit discordat et annum;
Ne mirere in ea pugnantia sidera parte.
At non Lanigeri signum Libraeque repugnat
In totum, quia ver autumno tempore differt;
Fructibus hic implet maturis, floribus illud.

A. v. 409 Observant v. 412 genere: exemplis v. 413 Mascula — suorum v. 414 astrum

S. v. 406 Erigonen v. 409 Observant v. 412 genere. exemplis v. 413 Mascula — suorum v. 422 annus v. 423 Nec v. 426 hoc

B. v. 405 om. est. v. 406 Erigonen v. 407 Scorpios v. 408 orbi. v. 409 inducit. v. 412 Et generis vinclis v. 413 Mascula quod maribus, vel quod d. suorum R. v. 414 sic virg. — astro 420 in solibus v. 422 annus v. 426 hoc

V. v. 406 ***Erigonem*** omnes. ***Iuveniquc*** om., spatio relicto, V. 1. 2. v. 409 ***Observant*** omnes. Ego correxi. Clausula est. v. 412 ***Et genera exemplis*** omnes. ego correxi. v. 413 ***Miscua*** omnes. (In L. sub rasura latet ***Mascula***) supple naturam. — ***suorum est*** omnes. ego correxi. v. 421 ***Aestivoque dies aequant*** omnes. v. 422 ***et annum*** omnes; quod mutare vereor. v. 423 ***Ne numerem mea*** V. 1. 2. ***Ne miserere***, inducta ***se*** L. v. 425 ***quod*** V. 1. 2. v. 426 ***hoc*** L. G. (***Fluctibus*** L. V. 1. 2. C.)

Sed ratione pari est, aequatis nocte diebus,
Temporaque efficiunt simili concordia textu,
Permixtosque dies mediis hiemem inter et aestum
Articulis, uno servantia tempore utrumque.
Quo minus infesto decertent sidera bello,
Talis erit ratio diversis addita signis.
His animadversis rebus quae proxima cura?
Noscere tutelas adiectaque numina signis,
Et quae cuique deo rerum natura dicavit,
Cum divina dedit magnis virtutibus ora,
Condidit et varias sacro sub nomine vires,
Pondus uti rebus persona imponere possit.
Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
Formosos Phoebus Geminos, Cyllenie, Cancrum,
Iupiter et cum matre deum regit ipse Leonem,
Spicifera est Virgo Cereris, fabricataque Libra
Vulcani, pugnax Mavorti Scorpios haeret;
Venantem Diana virum, sed partis equinae,
Atque angusta fovet Capricorni sidera Vesta,
Et Iovis adverso Iunonis Aquarius astrum est,

A. v. 427 aequalis v. 430 caelo v. 437 varios — numine mores v. 439 Cyllenius v. 443 Vulcano v. 446 adversum

S. v. 427 ratione par v. 430 utrinque v. 441 regis v. 446 E Iovis

B. v. 427 proscribit. v. 428 Tempora nam v. 429 Par nox, parque dies v. 430 servans utrinque tenorem v. 432 spurium iudicat. v. 433 restat (quae — cura) v. 441 Tuque pater c. — regis v. 446 E Iovis

V. v. 427 *aequalis* omnes. corr. Scal. Sententia a vs. 425 haec est: Libra et Aries non in omnibus sibi repugnant, quia autumnus veri opponitur et ille fructibus, hoc floribus pollet. Sed etiam pari ratione sunt, quia dies noctesque pares atque aeris temperamentum in utroque simile est. vs. 431 et 32 clausulam doctrinae addunt. quam quia decet a demonstrativo exordiri, ordinem versus mutasse iudico: *Talis erit ratio — Quo minus* v. 433 Signo interrogationis vs. servavi. v. 436 *magnum* V. 1. 2. C. *magnis* G. L. fortasse ab interpolatore, et ita scribendum: *Cum divina dedit — magnum! — virtutibus ora.* v. 441 *regis* unus G. *et* saepe metathesin patitur apud Manilium. v. 446 *Et* omnes. *Iovis adverso,* seu animo hostili tuetur Aquarium; ut *suos* tuetur pisces Neptunus.

Agnoscitque suos Neptunus in aequore Pisces.
Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri:
Cum ratio tua per stellas et sidera curret,
Argumenta petes omni de parte viasque,
Artis ut ingenio divisa potentia surgat
Exaequentque fidem caelo mortalia corda.
    Accipe divisas hominis per sidera partes,
Singulaque in propriis parentia membra figuris,
In quis praecipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries caput est ante omnia princeps
Sortitus, censusque sui pulcherrima colla
Taurus, et in Geminis aequali brachia sorte
Scribuntur connexa humeris, pectusque locatum
Sub Cancro est, laterum regnum scapulaeque Leonis;
Virginis in propriam descendunt ilia sortem;
Libra regit clunes, et Scorpios inguine gaudet;
Centauro femina accedunt, Capricornus utrisque
Imperat et genibus, crurum fundentis Aquari
Arbitrium est, Piscesque pedum sibi iura reposcunt.
    Quin etiam propriis inter se legibus astra
Conveniunt, ut certa gerant commercia rerum;
Inque vicem praestant visus atque auribus haerent,
Aut odium foedusve gerunt, conversaque quaedam
In semet proprio ducuntur plena favore.

L. v. 448 futura v. 449 fert st. — curet v. 452 caeli v. 457 *Sortitur* v. 460 l. renum v. 463 femora v. 464 in gen. v. 467 et — gerunt v. 470 furore

G. v. 449 r. variet stellas — curet, v. 451 divisa v. 452 caeli v. 458 at v. 462 at v. 464 in v. 469 foedusque

B. v. 447 in aethere v. 449 tibi v. 450 viaque, v. 451 divina v. 461 concedunt v. 464 Imperitat — crurumque humentis

V. v. 448 *futura* omnes. quod servari poterat; momenta venient, quae magna futura sunt. v. 449 *fert stellas — curat* V. 1. 2. C. G. *fert — curret* L., sed a corr. superscr. *curat*. corr. B. v. 451 *divisa*, i. e. artis ingenio descripta potentia; eoque dicit vs. proximo, et ut mortalia corda fidem caelo exaequent. v. 457 *Sortitur* omnes. corr. Scal. *collo* omnes. v. 463 *femora* V. 1. 2. v. 464 *et genibus* omnes.

Idcirco adversis non nunquam gratia signis,
Et bellum sociata gerunt, alienaque sede
Inter se generant coniunctos omne per aevum,
Utrique aut sorti pugnant fugiuntque vicissim.
Quod deus in leges mundum cum conderet omnem,
Affectus quoque divisit variantibus astris,
Atque aliorum oculos, aliorum contulit aures,
Iunxit amicitias horum sub foedere certo;
Cernere ut inter se possent, audireque, quaedam
Diligerent alia, et noxas bellumque moverent,
His etiam propriae foret indulgentia sortis,
Ut se diligerent semper sibique ipsa placerent.
Sic ut naturas hominum plerasque videmus,
Qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.
Consilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est;
Audit se, Libramque videt; frustratur amando
Taurum, Lanigero qui fraudem nectit et ultra
Fulgentes videt atque audit per sidera Pisces;
Virgine mens capitur, sic quondam vexerat ante
Europam dorso retinentem cornua laeva,
Indutusque Iovi est. Geminorum ducitur auris
Ad Iuvenem aeternas fundentem Piscibus undas,
Inque ipsos animus Pisces, oculique Leonem.
Cancer et adverso Capricornus conditus astro

A. v. 474 et v. 475 Sed v. 479 possint v. 486 A. sed v. 487 Taurus v. 489 Mars c. — gesserat v. 491 Iove. Geminor. — aure v. 493 animum — oculosque v. 494 conditur

S. v. 474 et v. 479 possint v. 484 artus v. 487 Taurus v. 489 amans gesserat v. 491 om. est

B. v. 471 est gratia v. 480 aliis nox.

V. v. 473 sese gerunt V. 1. 2. L. C. v. 474 *Utrique sorti* omnes. corr. B. v. 479 *possint* omnes. corr. B. v. 486 *A. sed* V. 1. 2 si L. deest vs. in G. corr. Scal. v. 487 *Taurus* V. 1. 2. C. Taurum L. G. Venetus. v. 488 Fortasse, *Fulgenti incidat.* v. 489 V. mares V. 2. — qui quond. V. 1. 2. sic L. G. — vexerunt omnes. v. 491 est om. omnes. addidit B. — aures V. 1. 2. C. auris L. sed e a corr. superscr. v. 493 animum omnes. corr. Scal. Ne in ante Leonem nimis desideres, multa exempla Manilia dissuadent; cf. modo vs. 488 Centauro (cum) gemino. v. 494 conditur omnes. corr. Scal.

Vertitur in semet oculis, in mutua tendunt
Auribus; et Cancri captatur Aquarius astro.
At Leo cum Geminis aciem coniungit et aurem
Centauro gemino, Capricorni diligit astrum.
Erigone Taurum spectat, sed Scorpion audit,
Atque Sagittifero conatur nectere fraudem.
Libra suos sequitur sensus, solumque videndo
Lanigerum, atque animo complexa est Scorpion infra.
Ille videt Pisces auditque per omnia Libram.
Nec non Arcitenens magno parere Leoni
Auribus, atque oculis sinum fundentis Aquari
Conspicere adsuevit, solamque ex omnibus astris
Diligit Erigonem. contra Capricornus in ipsum
Convertit visus; — quid enim mirabitur ille
Maius, in Augusti felix quum fulserit ortum? —
Auribus et summi captat fastigia Cancri.
At nudus Geminis intendit Aquarius aurem,
Sublimemque colit Cancrum, spectatque reducta
Tela Sagittiferi. Pisces ad Scorpion acrem
Direxere aciem, cupiuntque attendere Taurum.
Has natura vices tribuit, quum sidera fixit.
His orti similes referunt per mutua sensus,
Audire ut cupiant alios, aliosque videre,
Horum odio, nunc horum idem ducantur amore,
Illis insidias tendant, captentur ab illis.

A. v. 495 immutaque tendit v. 498 Centaurus: Geminos v. 507 ipsam v. 509 quae v. 511 Et v. 517 Cum cupiant audire v. 518 ducuntur v. 519 tendunt — captantur

S. v. 495 tendit v. 496 at v. 498 Geminos v. 502 intra v. 505 signum v. 507 Erigonen v. 510 at

B. v. 495 In semet vertunt v. 496 astu v. 503 oditque v. 507 Erigonen

V. v. 495 *immutaque* L. C. *in mitia* V. 2. *immitia* V. 1. corr. Scal. v. 496 *cancer* omnes. v. 498 *Centaurus. Geminos.* omnes. corr. Scal. et B. v. 507 *Erigonem* omnes. v. 518 *ducuntur* omnes. (*tendant* omnes.) *captantur* V. 1. 2. C. *captentur* (corr. *a*) L. corr. Scal.

Quin adversa meant et iuncta trigona trigonis
Alteraque in bellum diverso limite ducit
Linea; sic veri per totum consonat ordo.
Namque Aries Leo et Arcitenens sociata trigono
Signa negant Chelis foedus totique trigono,
Quod Gemini excipiunt fundens et Aquarius undas;
Idque duplex ratio cogit verum esse fateri,
Quod tria signa tribus signis contraria fulgent
Quodque aeterna manent hominum bella atque ferarum; —
Humana est facies Librae, diversa Leonis; —
Idcirco et cedunt pecudes, quod viribus amplis
Consilium est maius; — victus Leo fulget in astris,
Aurea Lanigero concessit sidera pellis;
Ipse suae partis Centaurus tergora vidit,
Usque adeo est homini victus! Quo mirer, ab illis
Ingentis Librae superari posse trigonum.
Quin etiam brevior ratio est per signa sequenda.
Nam quaecunque nitent humana condita forma
Astra, manent illis inimica et victa ferarum.
Sed tamen in proprias secedunt singula mentes,
Et privata gerunt secretis hostibus arma.
Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis,
Et Libra; Gemini, Pisces, quos protulit Unda.

A. v. 520 queant — etiamque v. 530 Idc. cedunt — quis v. 533 tergore cedit v. 534 hominis — quod v. 535 Nascentis

S. v. 520 etiamqne v. 532 Lanigeri — sidere v. 533 tergore cedit v. 534 hominis virtus v. 535 Nascentis

B. v. 520 et tota v. 525 urnam v. 529 leoni v. 533 Ipse ferae v. 534 et 35 eiicit. v. 542 et geminis, et siquos — urna.

V. v. 520 *queant* V. 1. 2. C. — *etiamque* omnes. (in L. *que* a corr. additum) ego correxi. v. 533 *tergore cedit* omnes. Ego correxi: Ipse Centaurus suas partes ab Hercule quondam fugatas vidit, ut Lanigero aurea pellis mactato caelum tradidit, et victus ab Hercule Leo est. v. 534 *hominis* omnes. Usque adeo hominis virtuti omnia cedunt, ut Chiron immortalis mortalem virum fugerit. v. 535 *Nascentis* omnes. Ego correxi. Ducit enim Libra trigonum et *ingens* propter eximiam praestantiam vocatur; cf. IV, 549. v. 542 Servavi librr. lectionem. In brevitatem versus omnes inimicos concludit, neglecta structura. Possis etiam: *Piscibus et Libra, Geminis, quos protulit Unda.*

In partes Tauri sub Cancro nata feruntur
Pectora, et in Chelis, et quae dat Scorpius acer,
Et Pisces. at quos Geminorum sidera formant,
His cum Lanigero bellum est eiusque trigono.
In Cancro genitos Capricorni femina laedunt,
Et Librae partus et quos dat Virginis astrum,
Quique sub aversi numerantur sidere Tauri.
Lanigeri communis erit rabidique Leonis
Hostis. sed totidem bellum subscribitur astris
Erigonae; Cancrumque timet, tum Scorpion acrem,
Centaurum, et Pisces, et te, Capricorne, rigentem.
Maxima turba petit Libram; Capricornus, et illi
Adversus Cancer, Chelis quod utrumque quadratum est,
Quique in Lanigeri numerantur signa trigonum.
Scorpios in totidem fecundus creditur hostis,
Aequoreum iuvenem, Geminos, Taurum atque Leonem,
Erigonem, Caprumque fugit metuendus et ipse
Quique Sagittari veniunt de sidere partus,
Hos Geminis nati, Libraque et Virgine et Urna
Depressisse volunt natura et lege iubente.
Haec eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.

A. v. 545 atque hos v. 547 semina v. 552 Taurumque — Geminique v. 556 trigoni v. 559 Libramque v. 560 Sagittiferi v. 562 legem et natura iubentem

S. v. 544 Scorpios v. 547 semina v. 549 adversi v. 552 Erigone. Taurumque — Geminumque v. 556 Quaeque v. 559 Erigonen Libramque v. 562 naturae lege

B. v. 543 In partus v. 547 semina v. 551 H. et in — astra v. 552 Erigone Cancrumque — Geminumque v. 556 Quaeque v. 558 G. rabidumque Leonem v. 559 Erigonen Libramque v. 562 naturae et lege

V. v. 545 *atque Geminorum* L. *atque hos* V. 1. 2. C. corr. Scal. v. 547 *femora* V. 1. 2. *femina* L. v. 549 *adversi* omnes. corr. B. v. 552 *Erigone Taurumque timet geminumque sub arcu* omnes. corr. B. et ego. cf. Diagramma. quamquam fortasse multis, qui Pingreum audiant, nimis audax videbor. v. 559 *Erigonem* omnes. *Libramque* omnes. Ego correxi. Libra enim amat Scorpion cf. 502. odit vero Capricornum Scorpios cf. v. 563. v. 560 *Sagittiferi* V. 1. 2. C. *Sagittari* L. sed a corr. *Sagittiferi*. v. 562 *legem et natura iubentem* V. 1. 2. C. *natura et legem* (erasa *m*) *iubentem* (inducta *m*) L.

At quos aeternis perfundit Aquarius undis
Ad pugnam Nemeaeus agit totumque trigonum,
Turba sub unius Iuvenis virtute ferarum.
Piscis exortus vicinus Aquarius urguet,
Et Gemini fratres, et quos dat Virginis astrum,
Quique Sagittari descendunt sidere nati.
Nec sola est ratio, quae dat nascentibus arma,
Inque odium generat partus et mutua velle,
Sed plerumque manent inimica tertia quaeque
Lege, in transversum vultu defixa maligno,
Quoque manent quaecunque loco contraria signa,
Adversosque gerunt inter se septima visus,
Tertia quaeque illis utriusque trigona feruntur.
Ne sit mirandum, si foedus non datur astris,
Quae sunt adversis signis cognata trigona;
Per tot signorum species contraria surgunt
Corpora, totque modis totiens inimica creantur.
Idcirco nihil ex semet natura creavit
Pectore amicitiae maius, nec rarius unquam.
Unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes
Ipse mori; lis una fuit post secula mortis:
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
Et duo, qui potuere sequi. vix noxia poenis

* * *

A. v. 565 p. veniens agitat v. 567 Pisces v. 569 Sagittiferi v. 577 Phoebus v. 578 trigoni v. 580 quotiens v. 583 erit v. 584 levis urna

S. v. 565 veniens agitat v. 567 Piscibus exortos v. 576 utrisque v. 578 adversi — trigoni v. 580 quotiens vs. 581 ad 588 collocat post vs. 589 ad 607. v. 583 erit v. 584 per v. 586 sequi vadimonia sponsi

B. v. 567 Piscibus exortos v. 578 adversi — trigoni v. 586 sequi vestigia tum cum

V. v. 565 *nemeus agit* omnes. corr. B. v. 567 *Piscis* et V. 1. 2. *Pisces exortus* L. C. Fortasse: *Piscis exortu vicinus.* v. 569 *Sagittiferi*, ut vs. 560. v. 571 *generet* omnes. v. 577 *Nec sit* V. 1. 2. C. *Nescit* L. — *si phoebus* omnes. corr. Scal. v. 578 *adversis — trigona* omnes. v. 580 *quotiens* omnes. corr. B. v. 583 *erit* L. C. *erat* V. 1. 2. v. 584 *laus una* V. 1. 2. *levis una* ceteri. (etiam edd. antt.; *urna* est a Molinio.) correxit Scal. v. 586 *vix noxia poenis* omnes. Versus excidit de Dionysio. Vides, quanto mo-

Optavitque reum sponsor non posse reverti,
Sponsoremque reus timuit, ne solveret ipsum.
Perque tot aetates hominum, tot tempora et annos,
Tot bella et varios etiam sub pace labores,
Quum Fortuna fidem quaerat, vix invenit usquam.
At quanta est scelerum moles per saecula cuncta,
Quamque onus invidiae non excusabile terris!
Venales ad fata patres, matrumque sepulcra

* * *

Imposuit Phoebus noctem, terrasque reliquit.
Quid loquar eversas urbes et prodita templa,
Et varias pacis clades, et mixta venena,
Insidiasque fori, caedesque in moenibus ipsis,
Et sub amicitiae grassantem nomine turbam?
In populo scelus est, et abundant cuncta furoris.
Et fas atque nefas mixtum, legesque per ipsas
Saevit nequities; poenas iam noxia vincit.
Scilicet in multis quoniam discordia signis
Corpora nascuntur, pax est sublata per orbem,
Et fidei rarum foedus paucisque tributum;
Utque sibi caelum, sic tellus dissidet ipsa,
Atque hominum gentes inimica sorte feruntur.
Si tamen et cognata cupis dignoscere signa,
Quae iungant animos et amica sorte ferantur,

L. v. 598 caedes v. 600 furore v. 603 d. vincit v. 604 pars et v. 605 pacisque v. 608 cognoscere

I. v. 592 Ah v. 593 excussabile v. 598 caedes v. 600 furore v. 605 pacisque

I. v. 588 Sponsorique v. 593 Quantum v. 594 et 95 eiicit. v. 600 furore v. 606 ipsi

r. limine Scal. et B. nihil agant. Puto, *vis noxia* scribenda est, quo tyranni furor inducebatur. v. 587 *sponso* omnes. v. 588 *reum* omnes. — Post vs. 594 iterum aliquid excidit. Non enim versus cohaerent. Conquestus haud dubie poeta erat de caede Iulii Caesaris, post quam notum est, Solem caput obscura nitidum ferrugine texisse. v. 598 *caedesque* V. 1. 2. v. 599 *sub amicitiae nomine* haud dubie grassantes triumviros intelligit; ut autem eos *turbam* vocaverit, vehementer vereor. v. 600 *furoris* omnes. v. 603 *disc. vincat* V. 1. 2. C. v. 604 *pars et* omnes. corr. Scal. v. 605 *pacisque* omnes. corr. B.

Lanigeri partus cum toto iunge trigono.
Simplicior tamen est Aries, meliusque Leone
Prosequitur genitos et te, Centaure, creatos,
Quam colitur. namque est natura mitius astrum,
Expositumque suae noxae, nec fraudibus ullis,
Nec minus ingenio molli quam corpore constans.
Illis est feritas signis praedaeque cupido,
Venalisque animus non nunquam excedere cogit
Commoditate fidem, nec longa est gratia facti.
At cum Laniger impetitur sub utroque, trigono
Non parcit; sed rara gerit pro tempore bella,
Quod feritas utriusque animis contendere cogit.
Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
Cui commixtus homo est, quam te, Nemeae, sub uno;
Idcirco et pax est signis et mixta querela.
Quin etiam Tauri Capricorno iungitur astrum,
Nec magis illorum coeunt ad foedera mentes.
Virgineos etiam partus, quicunque creantur
Tauro, complecti cupiunt, sed saepe queruntur.
Quosque dabunt Chelae, Geminique et Aquarius ortus
Unum pectus habent fideique immobile vinclum,
[Magnus erit Geminis amor et concordia duplex]
Magnus et in multos veniet successus amicos.
Scorpius et Cancer fraterna in nomina ducunt
Ex semet genitos; nec non et Piscibus orti

A. v. 611 meliorque v. 615 constat v. 619 Lanigeri partus v. 620 partis v. 621 magis pro tempore v. 623 Quo incommixtus v. 624 I. pax v. 629 Ch. vel quos dat A.

S. v. 613 Qua v. 614 sine fr. v. 615 constat. v. 619 Lanigeri partu v. 620 partis: v. 621 magis pro tempore v. 624 I. pax v. 629 Ch. et quos dat A. v. 633 Scorpios

B. v. 615 quam vellere v. 617 et vendere v. 619 ad 21 incl. spurios esse ait. v. 629 gemini chelaeque et aq. v. 631 eiecit. v. 633 Scorpios

V. v. 615 *constant* omnes. corr. B. v. 619 *Lanigeri partus* omnes. Ego correxi. v. 620 *Non parcit* omnes. v. 621 *magis pro tempore* L. C. V. 1. pro *magis* V. 2. *vemens* vel *veniens*. Ego correxi. v. 629 *Chelae et quos dat* omnes. corr. B. et ego. v. 631 Deest in omnibus libris, et a Bonincontrio, ut videtur, effictus.

Concordant illis. saepe est et subdolus actus.
Scorpius aspergit noxas sub nomine amici;
At quibus in lucem Pisces venientibus assunt,
His non una manet semper sententia cordi;
Commutant animos, interdum et foedera rumpunt
Ac repetunt, tectaeque lues sub fronte vagantur
Sic erit in signis odium tibi paxque notanda;
In terris geniti tali sub lege creantur.

Nec satis hoc tantum, solis insistere signis;
[Contemplare locum caeli sedemque vagarum;]
Parte genus variant, et vires linea mutat.
Nam sua quadratis veniunt, sua iura trigonis,
Et quae per senos decurrit virgula tractus,
Quaeque secat medium transverso limite caelum.
Hinc modo dat mundus vires, modo detrahit idem,
Quaeque illic sumunt iras, huc acta reponunt.
[Distat enim surgatne eadem subeatne cadatne]
Crebrius adversis odium est. cognata quadratis
Corpora censentur signis, et amica trigonis.
Nec ratio obscura est; nam quartum quodque locavit
Eiusdem generis signum natura per orbem.
Quattuor aequali caelum discrimine signant,
In quibus articulos anni deus ipse creavit:
Ver Aries, Cererem Cancer, Bacchumque ministrans
Libra, Caper brumam genitosque ad frigora Piscis.

A. v. 635 nam saepe est s. v. 641 ex v. 642 talis v. 643 satis est t. v. 644 vagantum v. 648 secant v. 650 vires post vs. 651 sequuntur huius libri vss. 663 ad 65 incl. v. 654 *om.* est

S. v. 635 saepe est nam v. 636 Scorpios v. 641 ex v. 643 satis est v. 649 deterit v. 650 hic v. 659 genitus — Piscis

B. v. 635 astus. v. 636 Scorpios v. 641 e v. 644 proscripsit. recte; nam non de singulorum sedibus nunc agitur; sed de viribus per coniunctionis varietatem mutatis. cf. vs. 646 *parte* vs. 45 non est *situ*, sed *partibus*. v. 649 deterit vs. 651 merito eiicit. v. 659 menses

V. v. 635 *saepe et* omnes. corr. B. v. 641 *et signis* omnes. Ego *in* rescripsi. v. 648 *secant* omnes; sed *n* inducta in L. corr. Scal. v. 649 *deterit* L. C. *detrahit* V. 1. 2. v. 650 *vires* V. 1. 2. C. *iras* L. G. v. 654 *quoque* omnes. v. 659 *piscis* L. C.

Nec non et duplici quae sunt connexa figura
Quartum quaeque locum retinent. duo cernere Pisces,
Et Geminos iuvenis, duplicemque in Virgine formam,
Et duo Centauri licet uno corpora textu.
Sic et simplicibus signis stat forma quadrata.
Nam neque Taurus habet comitem, nec iungitur ulli
Horrendus Leo, nec metuit sine corpore quemquam
Scorpius, atque uno censetur Aquarius astro.
Sic quaecunque manent quadrato condita templo
Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem,
Ac veluti cognata manent sub foedere tali.
Idcirco adfines signant, gradibusque propinquis
Accedunt, unaque tenent sub imagine natos,
Quotquot cardinibus virga variante moventur.
Quae quamquam in partis divisi quattuor orbis

A. v. 663 texti v. 665 pingitur post vs. 672 sequuntur vss. 677 ad 686 incl. v. 673 proprio var. v. 674 divisit

S. v. 661 quemque v. 663 textos v. 667 Scorpios — censentur post vs. 672 sequuntur vss. 677 ad 684 incl. v. 673 sequitur post vs. 684, deinde vs. 685 et 86, deinde vs. 674—76 v. 673 proprio

B. v. 666 meruit sibi nectere v. 667 Scorpios v. 670 Haec v. 672 unoque — sanguine post vs. 672 sequutur vss. 685 et 86. v. 673 serie variante

V. v. 662 *iuvenis.* v. 663 *textum* omnes. corr. B. v. 665 *pingitur* v. 666 *sine compare* ingeniose coniicit Dorvillius ad Charit. *Sine corpore* i. e. sine quoquam esse dicitur Scorpius argute, quod omni societate caret. v. 671 *gravibusque* omnes. post vs. 672 sequuntur vss. 677 ad vs. 686. Ac prave mixtos versus esse omnes consentiunt. Meus ordo propter haec mihi verus esse videtur: versus 673 et proximi tres ad signa quadrata referuntur. Sequuntur trigona a vs. 677. Deinde vero *vicinis proxima,* vs. 685 de hexagonis interpretor. Nam tertia quaeque vicinis proxima esse dicit, quia singula tantum signa interponuntur. Ea igitur ordine iusta hospitia habent. Quod nisi mecum statues, de hexagonis nihil tradetur. Quod incredibile est. Et respondent haec iuri antiquo. Nam unum quadratum *affines* habent; alterum *cognatos* propinquis gradibus, i. e. sobrinos; tertium *agnatos* eadem sub imagine i. e. ab eisdem maioribus natos. cf. Klenze, die Cognaten und Affinen in Savigny Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft. B. 6. Hft. 1. v. 673 *proprie variante* V. 1. 2. C. *propriae* L. ego correxi. v. 674 *partes* V. 1. *partibus* V. 2. *partis,* sed a corr. *e.* L. — *divisit* omnes. corr. Scal.

Sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati
Censentur. minor est numeri, quam cardinis usus.
Longior in spatium porrecta est linea maius,
Quae tribus emensis signis facit astra trigona.
Haec ad amicitias imitantes iura gradumque
Sanguinis atque animis haerentia pectora ducunt.
Utque ipsa a longo coeunt submota recessu,
Sic nos coniungunt maioribus intervallis.
Haec meliora putant, mentes quae iungere possunt,
Quam quae non nunquam foedus sub sanguine fallunt.
Proxima vicinis subscribunt tertia quaeque
Hospitibus. Sic astrorum servabitur ordo.
Adde suas partes signis, sua partibus astra.
Nam nihil in totum servit sibi, mixta feruntur.

* * *

Ipsis dant fines astris, capiuntque vicissim.
Quae mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem.
Pacata infestis signa ut perdiscere possis.

A. v. 675 quadrata v. 681 in longo vs. 687 sqq. ita se excipiunt: 688, 89, 90, 87. v. 692 Partitam insectis

S. v. 681 ex longo vs. 687 sequitur post vs. 690.

B. v. 675 Altera v. 681 ex longo v. 689 vires v. 692 dignoscere

V. v. 681 *ex longo* L. C. *a longo* V. 1. 2. v. 687 sequitur in V. 1. post vs. 690. quod eo magis mirere, quia libris primis ita in plerisque cum V. 2. conspirare solet, ut saepe inde descriptum putarim; nam minima quaeque vitia saepe cum eo communia habet. v. 688 Hoc est, nihil sibi uni in omnibus servit, sed aliorum societate vel adiuvatur vel deminuitur. Post hunc autem unus vel etiam plures versus exciderunt. Aperte enim deest id quod astris ipsis fines modo dat modo occupat. Quid vero ereptum sit, si sequentia comparaveris, dubitari non potest. Planetarum enim brevem mentionem fecerat; quos ipsos esse in ordinem et numerum vocandos. cf. v. 726 sqq. *Partes* vero vs. praecedente factiones esse, non est, quod moneam. v. 692 *Pacatam infectis* (*inferens* V. 2.) *poscis* omnes. correxit Scal. ex G. Fortasse in prava lectione aliud latet. Nostrae sententia haec est: ut signis plerumque infestis signa novo ordine pacata perdiscas.

Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam,
Et tantum Graio signari nomine passam,
Dodecatemoria, in titulo signantia causas.
Nam cum tricenas per partis sidera constent,
Rursus bis senis numerus diducitur omnis.
Ipsa igitur ratio binas in partibus esse
Dimidiasque docet partes. his finibus esse
Dodecatemorion constat, bissenaque cuncta
Omnibus in signis, quae mundi conditor ille
Attribuit totidem numero fulgentibus astris;
Ut sociata forent alterna sidera sorte,
Et similis sibi mundus, et omnia in omnibus astra,
Quorum mixturis regeret concordia corpus,
Et tutela foret communi mutua causa.
Idcirco quamquam signis nascantur eisdem,
Diversos referunt mores, inimicaque vota.
Et saepe in pecudes errat natura, maremque
Femina subsequitur; miscentur sidere partus,
Singula divisis variant quod partibus astra,
Dodecatemoriis proprias mutantia vires.
Nunc quid sint, cuiusque canam, quove ordine constent,
Ne vagus ignotis signorum partibus erres.
Ipsa suo retinent primas in corpore partes
Sidera; vicinae subeuntibus attribuuntur.

A. v. 694 Quae — possit v. 695 Duodecatemorio in titulos v. 697 deducitur v. 702 numeris v. 707 nascuntur v. 711 diversis — quot v. 713 sit v. 716 vicinis

S. v. 707 nascuntur v. 711 quot v. 713 sit — cuiasue — constet v. 716 vicinis

B. v. 694 dignari v. 709 et 10 abiicit. v. 713 Nunc quae

V. v. 694 *possim* V. 1. C. L. in hoc fuerat *passum*, quod servat V. 2. corr. Scal. ex G. v. 695 *Duodeca themoria* omnes. corr. hic et infra Scal. *titulos* omnes. corr. Scal. ex Gembl. v. 700 *constant* omnes. v. 702 *numeris* V. 1. C. L. *numeros* V. 2. corr. Scal. v. 707 *nascantur* omnes. v. 710 *sidera* omnes. v. 711 *quod* omnes. v. 713 *quid sit* V. 2. C. L. *quid sint* V. 1. *cuiusve* V. 1. 2. C. *que* L. v. 714 *Nec* omnes; sed *c* inducit L. v. 716 *vicinis* omnes. corr. B. Fortasse rectius, *vicinis* (signis) *subeuntes* partes attribuuntur.

Cetera pro numero ducunt ex ordine partes,
Ultima et extremis ratio conceditur astris.
Singula sic retinent binas in sidere quoque
Dimidiasque sui partes et summa repletur,
Sortibus exactis triginta sidere in omni.
Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex,
Pluribus inque modis rerum natura locavit
Deduxitque vias, voluitque per omnia quaeri.
Haec quoque comperta est ratio sub nomine eodem:
Quacunque in parti nascentum tempore Luna
Constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,
Sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.
Inde suas illi signo, quo Luna refulsit,
Quaeque hinc defuerant partes numerare memento.
Proxima tricenas pariterque sequentia ducunt.
Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta
In binas sortes adiecta parte locetur
Dimidia, reliquis tribuatur ut ordine signis;
In quo destituent, eius tum Luna tenebit
Dodecatemorion signi. post cetera ducet
Ordine quaeque suo, sicut stant astra locata.

A. v. 719 sidera quaeque v. 726 partu v. 730 Quae dehinc defuerint v. 731 partes sententia ducit. v. 734 Dimidium v. 735 In qua — te iustum — videbit v. 736 Duodecatemoriis signis — duces v. 737 sic constant

S. v. 719 Sidera quaeque v. 723 verum v. 724 Diduxitque v. 730 Et quae dehinc fuerint v. 731 partes sententia ducit v. 735 In qua — te iustum v. 736 duces

B. v. 717 sortes v. 720 sibi v. 721 partibus v. 723 verum v. 724 Diduxitque vss. 732 ad 34 incl. abiicit.

V. v. 719 *in sidera quoque* omnes. corr. B. v. 723 *rerum* omnes. v. 724 *Deduxitque* omnes. v. 726 *Quocunque in partu* omnes. corr. Scal. v. 730 *Quae et huic* V. 1. *Quae et hinc* C. L. (in quo *hunc* fuerat). *Qua et hunc* V. 2. corr. B. v. 731 *pariter* C. V. 1. L. (in hoc *que* erasa) *pariterque* V. 2. *sententia* omnes. corr. B. v. 732 *Hic tibi* V. 1. 2. *Hic ibi* L. superscr. *t vel ubi*. de sententia Manilii cf. diagramma. v. 734 *Dimidiam* V. 1. C. L. *tribuantur* V. 1. C. L. v. 735 *qua — te iustum* omnes. *videbit* V. 1. C. corr. B. ex V. 2., in quo est, *destituente iustum* v. 736 *Duodecathemoriis signis* V. 1. C. L. (sed hic, *signi*) — *ducet* omnes. v. 737 *quoque* omnes. *suo* om. L. G. C. *sunt* V. 2.

Haec quoque te ratio ne fallat, perspice paucis.
Maior in effectu, minor est, quod partibus ipsis
Dodecatemorii quid sit, quod dicitur esse
Dodecatemorion. namque id per quinque notatur
Partis; nam totidem praefulgent sidera caelo,
Quae vaga dicuntur. ducunt et singula sortes
Dimidias, viresque in eis et iura capessunt.
In quocunque igitur stellae quandoque locatae
Dodecatemorio fuerint, spectare decebit.
Cuius enim stellae in fines in sidere quoque
Inciderit, dabit effectus in viribus eius.
Undique miscenda est ratio, per quam omnia constant.
Verum haec posterius proprio cuncta ordine reddam;
Nunc satis est docuisse suos ignota per usus,
Ut cum perceptis steterit fiducia membris,
Sic totum corpus facili ratione notetur,
Et bene de summa veniat per singula carmen.
Ut rudibus pueris monstratur literâ primum
Per faciem nomenque suum, cum ponitur usus;
Tunc coniuncta suis formatur syllaba nodis;
Hinc verbi structura venit per membra legendi;
Tunc rerum vires atque artis traditur usus,

A. v. 744 vires, quae — cura v. 745 sunt quinque v. 746 Duodecatemorion fuerint v. 747 in finem sint sid. v. 748 Inciderint — mentibus v. 750 hoc v. 756 componitur v. 758 per verba

S. v. 747 stellae fines v. 748 Inciderint v. 754 post sing. v. 756 tum pon. v. 757 Tum v. 758 verbis v. 759 Tum

B. v. 747 stella in v. 749 ducenda v. 753 Hinc v. 756 inducit. v. 757 et vincta

V. v. 740 *quod sit* V. 2. *quid sint* V. 1. *quod* (superscr. *i*) *sit* L. — Sed *quod* non coniunctivum assumit ap. Man. nec illud dodecatemorion est *aliquid*, sed res exactissima. Puto: Partibus ipsis dodecatemorii *constat*, quod d. dicitur. v. 742 *Partis* L. sed *e* corr. v. 744 *qui* omnes. *cura* omnes. corr. Scal. v. 747 *stellae in fine sint* omnes. corr. B. et ego. Cuius in stellae fines dodecatemorion inciderit, eius stellae vires dabit. v. 748 *Inciderint* omnes corr. B. v. 754 *post* V. 2. L. fortasse verius. v. 756 *componitur* omnes. ego correxi. v. 758 *verbis* omnes. corr. B. — *per verba* omnes. corr. Scal.

Perque pedes proprios nascentia carmina surgunt,
Singulaque in summa prodest didicisse priora; —
Quae nisi constiterint primis fundata elementis,
Versaque, quae propere dederint praecepta magistri,
Effluat in vanum rerum praeposterus ordo; —
Sic mihi per totum volitanti carmine mundum
Erutaque abstrusa penitus caligine fata
Pieridum numeris etiam modulata canenti,
Quoque deus regnat revocanti numen in arte,
Per partes ducenda fides et singula rerum
Sunt gradibus tradenda suis, et cum omnia certa
Notitia steterint, proprios revocantur in usus.
Ac velut in nudis consurgunt montibus urbes,
Conditor et vacuos muris circumdare colles
Destinat, ante manus quam temptet scindere fossas, —
Urget opus, ruit ecce nemus, saltusque vetusti
Procumbunt solemque novum, nova sidera cernunt,
Pellitur omne loco volucrum genus atque ferarum,
Antiquasque domos et nota cubilia linquunt,
Ast alii silicem in muros et marmora templis
Rimantur, ferrique rigor per tempora nota

A. v. 763 Versu quae v. 766 obstrusa v. 769 artes v. 771 revocentur v. 774 Destinet v. 775 Vertit v. 779 Ast illi — templi

S. v. 763 Versis quae v. 768 Quaque — ab arce v. 770 ut v. 771 revocentur v. 772 veluti nudis — quum surgunt — moenibus v. 774 manu v. 775 Vertit

B. v. 761 summam v. 763 Vel sua praepropere v. 766 Obrutaque v. 768 Quaque — ab arce — (Volebat autem, ut adnotatio docet, meam lectionem.) v. 770 ut v. 771 revocentur v. 772 cum surgunt v. 773 ut v. 774 manu v. 775 Versat v. 777 omne ferarum

V. v. 763 *Versaque quae* omnes. Liberiore structura, ut saepe solet, ita pergit: Et si, quae magistri propere docuerint, eversa erunt. v. 764 *Et fluat,* subindicata *f* loco *t* L. *Et fluat* V. 1. C. *Ut fluat* V. 2. v. 767 *canendi* omnes. v. 768 *Quoque — arte* omnes (sed *arce* V. 1.) v. 771 *et — revocantur* omnes. v. 772 *consurgunt* omnes. *orbes* omnes. v. 774 *Destinet* V. 1. *manus* omnes. v. 775 *Vertit* omnes. Ego correxi. v. 779 *templi* omnes. *templis* ap. Scal.

Quaeritur, hinc artes, hinc omnis convenit usus; —
Tunc demum consurgit opus, cum cuncta supersunt,
Ne medios rumpat cursus praepostera cura;
Sic mihi cunctanti tantae succedere moli
Materies primum rerum, ratione remota,
Tradenda est, ratio sit ne post irrita, neve
Argumenta novis stupeant nascentia rebus.
Ergo age, noscendis animum compone sagacem
Cardinibus, qui per mundum sunt quattuor omnes
Dispositi semper mutantque volantia signa.
Unus ab exortu caeli nascentis in orbem,
Qua primum terras aequali limite cernit;
Alter ab adversa respondens aetheris ora,
Unde fugit mundus praecepsque in tartara tendit.
Tertius excelsi signat vestigia caeli,
Quo defessus equis Phoebus subsistit anhelis,
Declinatque diem mediasque examinat umbras.
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
In quo principium est reditus, finisque cadendi
Sideribus, pariterque occasus cernit et ortus.
Haec loca praecipuas vires summosque per artem
Fatorum effectus referunt, quod totus in illis
Nititur aethereis veluti compagibus orbis.
Quae nisi perpetuis alterna sorte volantem
Cursibus excipiant, nectantque in vincula, bina
Per latera, atque imum templi, summumque cacumen,
Dissociata fluat resoluto machina mundo.
Sed diversa tamen vis est in cardine quoque,
Et pro sorte loci variant atque ordine distant.

A. v. 784 tractanti v. 792 *crevit* v. 796 habenis v. 797 undas

S. v. 781 huc — huc v. 792 Qui v. 795 fastigia

B. v. 781 huc — huc v. 792 Qui v. 795 fastigia v. 797 Discernitque — mediasque — horas v. 803 aeternis

V. v. 781 *Quaeritur* i. e. inquiritur quodam modo ferrum et exigitur per nota temperamenta. *hinc* — *hinc* omnes. v. 792 *Qua* omnes. *qui* G. v. 795 *vestigia* omnes. v. 796 *habenis* omnes. corr. Scal. v. 797 *undas* V. 1. 2. C. *umbras* L. G.

Primus erit, summi qui regnat culmine caeli,
Et medium tenui partitur limite mundum,
Quem capit excelsa sublimem Gloria sede.
Scilicet haec tutela decet fastigia summa,
Quicquid ut emineat sibi vindicet, et decus omne
Asserat, et varios tribuendo regnet honores;
Hinc favor et species atque omnis gratia vulgi;
Reddere iura foro, componere legibus orbem,
Foederibusque suis externas iungere gentis,
Et pro sorte sua cuiusque extollere nomen.
Proximus, est ima quamquam statione locatus,
Sustinet alternis nixum radicibus orbem.
Effectu minor in specie, sed maior in usu.
Fundamenta tenet rerum censusque gubernat;
Quam rata sint fossis scrutatur vota metallis,
Atque ex occulto quantum contingere possit.
Tertius aeque illi pollens in parte, nitentem
Qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt,
Unde dies redit et tempus describit in horas;
(Hinc inter Graias horoscopus editur urbes,
Nec capit externum, proprio quia nomine gaudet,)
Hic tenet arbitrium vitae, hic regula morum est,
Fortunamque dabit rebus, ducetque per artes,
Qualiaque excipiant nascentis tempora prima,
Quos capiant cultus, quali sint sede creati,
Utcunque admixtis subscribent viribus astra.

A. v. 815 Afferat v. 816 Gloria v. 821 alterius mixtum v. 822 species v. 824 scrutantur v. 826 atque tollens v. 828 Una d. dedit v. 831 atque hic v. 835 Utrunque

S. v. 820 Proximus ast, v. 831 atque hic

B. v. 817 urbem v. 822 speciem — usum v. 824 et 25 proscribit. v. 826 aequali v. 831 vitai

V. v. 814 *deus* omnes. correxit Molinius (V. 2. scribit *at*; i. e. *alis*) *omni* L. C. V. 2. *omnis* G. v. 815 *reget* omnes. v. 816 *gloria* V. 1. C. *omni gratia* L. V. 2. *fulget* V. 2. fortasse vere. v. 818 *gentis* V. 2. v. 821 *mixtum* omnes. corr. Scal. v. 822 *species* V. 1. C. L. V. 2. corr. Scal. v. 825 *serutantur* omnes. corr. Scal. v. 826 *atque illi* omnes. corr. Scal. *tollens* omnes corr. Scal. v. 828 *Una dies dedit* omnes. corr. Scal. v. 833 *nascentis* omnes.

Ultimus emenso qui condit sidera mundo,
Occasumque tenens submersum despicit orbem,
Pertinet ad rerum summas finemque laborum,
Coniugia atque epulas, extremaque tempora vitae,
Otiaque et coetus hominum cultusque deorum.
Nec contentus eris percepto cardine quoquam;
Intervalla etiam memori sunt mente notanda,
Per maius dimensa suas reddentia vires.
Quicquid ab exortu summum curvatur in orbem,
Aetatis primae nascentisque adserit annos.
Quod summo premitur devexum culmine mundi,
Donec ad occasum veniat, puerilibus annis
Succedit, teneramque regit sub sede iuventam.
Qua pars occasus infra est imumque sub orbem
Descendit, regit haec maturae tempora vitae
Et propria serie varioque exercita cursu.
At qua perficitur cursus redeunte sub imo,
Tarda supinatum lassatis viribus arcum
Ascendens seros demum complectitur annos,
Labentemque diem vitae tremulamque senectam.
Omne quidem signum sub qualicunque figura
Partibus inficitur mundi; locus imperat astris,
Et dotes noxamque facit; vertuntur in orbem

A. v. 839 Coniungitque v. 847 occasus veniet v. 849 Quae — interque im. v. 852 quae — cursu v. 855 Labentisque dies

S. v. 837 respicit v. 839 Coniungitque v. 847 occasus v. 848 gerit v. 849 Quae — inter v. 855 Labentesque dies

B. v. 843 P. quadrum v. 845 Aetatem primam v. 847 occasus v. 849 Quae v. 851 Perpetua v. 852 quadrante v. 858 noxamve

V. v. 839 *Coniungitque* V. 1. C. *Emugiatque* V. 2. *Coniugeatque* L. sed a corr. *coniungitque* corr. B. v. 847 *occasus* L. *occasum* V. 1. 2. v. 849 *Qua* omnes. i. e. qua parte, quatenus. — *occasus inter* (om. *que*) V. 1. C. L. (in hoc leviter appictum a corr. *est*.) *interninusque* V. 2. Puto: *occasus inter nigrumque* volebat; quod verum arbitror. G. ut ceteri, appicta nota *mend*. — sequor B. correctionem. v. 851 Supple, *est* exercita. *Propria series* est uni cuique propria sors. *series* est, quae saepe ordo ac series a Cicerone nuncupatur, i. e. via et ratio seu methodus. v. 852 *rediens imum*, ut saepe in l. I., est in ordinem et doctrinam quasi recurrens caelum inferius.

Singula et accipiunt vires, caeloque remittunt.'
Vincit enim positura genus, legesque ministrat
Finibus in propriis, et praetereuntia cogit
Esse sui moris, vario nunc dives honore,
Nunc sterilis poenamque serens in sidera sedis.
Quae super exortum est a summo tertia caelo,
Infelix regio, rebusque inimica futuris,
Et vitio fecunda nimis; nec sola, sed illi
Par erit, adverso quae fulget sidere sedes
Iuncta sub occasu; sine praestite cardine mundi
Utraque praetenta fertur deiecta ruina;
Porta laboris erit; scandendum est atque cadendum.
Nec melior super occasus, contraque sub ortu
Sors agitur mundi. praeceps haec, illa superne
Pendens aut metuit vicino cardine finem,
Aut fraudata cadet. Merito Typhonis habentur
Horrendae sedes, quem Tellus saeva profudit
Quum bellum caelo peperit, nec matre minores
Exstiterunt partus. sed fulmine rursus in altum

A. v. 860 natura v. 863 ferentia sid. v. 864 sidere c. v. 868 neu praestet v. 869 praeterita v. 870 Orta v. 871 occasu v. 872 superna v. 877 Exstiterint

S. v. 860 natura v. 863 ferentia sid. — saeclis v. 868 neu praestet v. 869 Ut quae praeterita v. 871 occasum

B. v. 859 ultroque v. 860 natura v. 862 ditia v. 863 poenam referentia v. 868 proscribit v. 875 Horrendi v. 876 vix v. 877 alvum

V. v. 859 *cardoque remit.* V. 2. — *fors. quadroque.* v. 860 *Natura* omnes. Ego correxi, sententia iubente. v. 863 *ferentia sidera* omnes. Ego correxi. Ad positurae vim omnia referuntur. — *saeclis* (pro, *sedis*) ex interpolatione G. v. 868 *neu praestet* omnes. sed *praestit* V. 2. Ego correxi. *Iuncta* illi sedes est, quia ex diametro opposita, ut omnia contraria, parem habet potentiam nocendi iuvandive. Plane eodem modo in proxime sequentibus loquitur. *Deiecta* cur vocetur, Firmicus docet, II, 20. *Residua quatuor loca pigra et deiecta esse dicuntur, quod nulla cum horoscopo* (*cardo mundi* Manilii est) *societate iungantur*. Hoc est *sine praestite cardine. Utraque praetenta* omnes. reduxit B. v. 870 *Orta laboris* omnes; nisi quod *Ora* G. corr. Scal. v. 871 *occasus* omnes. v. 872 *supina* V. 2. *superna* ceteri. obsecutus sum Scal.; sed potest se tueri adiectivum. v. 874 *fraudat accadat* V. 2. v. 877 *Exstiterint* omnes. corr. Scal.

Compulsi, montesque super rediere cadentes,
Cessit et in tumulum belli vitaeque Typhoeus.
Ipsa tremit mater flagrantis monte sub Aetna.
At quae fulgenti sequitur fastigia caelo,
Proxima non ipsi cedat, qui fungitur astro;
Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum
Altius insurgit, summae comes addita finis;
In peiusque manent cursus, nec vota supersunt.
Quocirca minime mirum, si proxima summo,
Atque eadem interior Venerandae sorte dicatur,
Cui titulus, Felix. censum sic proxima Graiae
Nostra subit linguae, vertitque a nomine nomen.
Iupiter hac habitat. Fortunae crede regenti.
Huic in perversum similis deiecta sub orbe,
Imaque submersi contingens fulmina mundi,
Adversa quae parte nitet, defessa peracta
Militia, rursusque novo devota labori,
Cardinis et subitura iugum sortemque potentem;

A. v. 881 Atque refulg. — vestigia v. 882 neve v. 887 inferior — veneranda v. 888 si v. 889 virtutis nomine v. 890 hic — credere genti v. 892 contingent v. 893 Adversaque nitet parte d.

S. v. 879 Typhoeo v. 880 flagrantem — Aetnae v. 882 neve v. 884 fini v. 885 Imperiisque v. 886 est mir. v. 887 veneranda v. 888 si v. 890 hoc

B. v. 880 flagrantem — Aetnae v. 881 fulgentis — caeli v. 882 vix — cui iungitur v. 884 fini v. 886 est m. — summae v. 887 fortunae sorte v. 888 tit. forti v. 892 culmina

V. v. 880 *flagrantis* vel *fraglantis* omnes. Nam plures partus, nunc flagrantis sub Aetna, Tellus peperit. *Aetnae* unus V. 1. (*suberçia* V. 2.) v. 881 *Atque refulgentis* omnes. corr. Scal. Sequerer Bentleium, nisi plurimis locis propter *s* insequens addi praecedenti voci *s* etiam in his codicibus videremus. v. 882 *fungitur astro* cardo, qui praesens regnat. Haec vero, *Spes* proxima ei est. eam antithesin inter praesentem felicitatem et iam iamque regno potituram Spem deinde exsequitur. — *nec ipsi* ceteri; *non* V. 2. v. 883 *piorum* L. V. 1. C. *priorum* V. 2. v. 884 *finis* omnes. v. 886 *est* om. omnes. v. 887 *veneranda* omnes; ego correxi. v. 888 *Quod* omnes. corr. Scal. — *si* omnes. corr. B., sed tueri se potest lectio cod. v. 889 *virtutique* omnes. corr. Scal. v. 890 *hoc* V. 2. L. C. *haec* V. 1. corr. B. — *credere genti* omnes. corr. Scal. v. 892 *contingent* omnes. corr. Scal. v. 893 Libri plerique, ut A., corr. Scal. ex G., cui consentit V. 2. sed hic, *Diversa*, probe.

Nondum sentit opus mundi, iam sperat honorem.
Daemonien memorant Graii, Romana per ora
Quaeritur in versu titulus. sub corde sagaci
Conde locum numenque dei nomenque potentis,
Quae tibi posterius magnos revocantur ad usus.
Hic momenta manent nostrae plerumque salutis,
Bellaque morborum caecis pugnantia telis
per tanta pericula mortis
Viribus, ambiguum geminis causaeque deique,
Nunc huc nunc illuc sortem mutantis utraque.
Sed medium post articulum curvataque primum
Culmina mutantis summo de vertice mundi
Aethera Phoebus habet. Sub hoc quoque corpora nostra
Declinant vitia, et fortunam viribus eius
Concupiunt. Deus ille locus sub nomine Graio
Dicitur. Huic adversa nitens, quae prima resurgit
Sedibus ex imis, iterumque reducit Olympum
Pars mundi, fulvumque nitet mortisque gubernat,

A. v. 897 Daemonion v. 898 verso v. 902 taetris — v. dimidius deest. v. 903 ambiguis — causaque diei v. 904 utranque v. 905 p. astra diem v. 906 nutantis v. 907 amat — quo quoque v. 908 Decernunt v. 909 Concipiunt v. 910 hinc v. 912 noctemque g.

S. v. 898 inverso — deest vers. dimid. v. 903 caussaque diei v. 904 utramque v. 905 medii post astra die v. 906 nutantis v. 907 amat — quo v. 908 Decernunt — ex vir. v. 909 Concipiunt v. 911 iterum v. 912 noctemque g.

B. v. 896 onus v. 898 tu c. v. 900 revocentur — vs. dimid. abest. v. 903 ambigua in — casusque d. v. 904 utramque v. 906 nutantis v. 907 Degere Ph. amat — quo quoque v. 908 Dotes et v. — ex vir. v. 909 Concipiunt v. 912 furvumque

V. v. 898 *in versu* V. 2. L. — versus dimidiatus legitur sic in V. 2. in L. unius versus spatium relictum est. v. 903 *causaque deique* omnes; (*diei* G. sed *causasque* V. 2. *s* eras. in L. Ego correxi. v. 904 *utraque* omnes. Et amat haec adverbia M. v. 905 *medium post astra diem* omnes. corr. B. v. 906 *nutantis* ceteri, *mutantis* V. 2. quod doctius. v. 907 *Phoebus aut* omnes. Ego correxi. — *hoc* om. omnes; ego addidi. v. 908 *Decernunt* omnes. Ego correxi. ac stabilitur versu proximo, ubi ex antitheto, *Concupiunt*, quod omnes libros secutus reduxi. v. 910 *huc adversa* omnes. correxit Scal. v. 912 *mortisque* omnes.

Et dominam agnoscit Phoeben, fraterna videntem
Regna per adversas caeli fulgentia partes,
Fataque damnosis imitantem finibus oris.
Huic parti Dea nomen erit Romana per ora;
Graecia voce sua titulum designat eundem.
Arce sed in caeli, qua summa acclivia finem
Inveniunt, qua principium declivia sumunt
Culminaque insurgunt occasus inter et ortus,
Suspenduntque suo libratum examine mundum,
Asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem,
Et veluti faciem mundi sua collocat ora,
Per quae humana regit. propria est haec reddita parti
Vis: et connubia et thalamos taedasque gubernat.
Haec tutela docet Venerem sua tela movere.
Nomen erit Fortuna loco. quo percipe mentem,
Ut brevia in longo compendia carmine praestent.
At qua subsidit converso cardine mundus,
Fundamenta tenens, adversum et suspicit orbem,
Ac media sub nocte iacet, Saturnus in illa
Parte suas agitat vires; deiectus et ipse
Imperio quondam mundi solioque deorum.
Et pater in patrios excercet numina casus,

A. v. 915 orbis v. 920 Culmineque v. 921 ex ordine v. 924 q. humana suae pr. v. 926 decet v. 928 praestet v. 929 Et v. 931 iacens v. 934 proprios

S. v. 925 ut — ac th. gubernet. v. 926 decet v. 927 quod v. 928 praestem v. 937 Asper et attentus — titulum cui

B. v. 914 Terga v. 915 eiicit. v. 923 in facie v. 925 ut — gubernet. v. 926 decet v. 927 quod v. 928 praestem

V. v. 915 Luna in hac domo ab imis sedibus primum emergit, neque dum terris vultum ostendit splendentem; ergo damnosi oris fines sunt, ut quod sub caelo ex maxima parte lateat. His ergo fata fratris imitatur, i. e. potentiam illi similem exercet, sed debilem. v. 920 *Culmine* C. *Culmen* V. 1. *Culmintque* V. 2. v. 921 ***ex ordine*** V. 1. ***librarum*** L. V. 1. v. 924 *Perque* omnes. ***haec addita*** C. V. 1. Fortasse verius, sed non magna libri auctoritas. ***hac*** L. ***redita*** L. V. 2. — ***et*** — ***et*** — ***gubernat*** omnes. v. 926 ***docet*** omnes. v. 927 ***quo*** omnes. i. e. ipso nomine percipe naturam, ut compendia etc. v. 928 ***praestent*** (compendia) omnes. — ***Et*** V. 1. ***Ad*** V. 2. L. in hoc corr. ***t***, sic C. v. 930 ***suscipit*** L. C. V. 1. ***incipit*** V. 2.

Fortunamque senum. Prima est tutela duorum,
Nascentum atque patrum, quae tali condita parte est.
Asperum erit templum; titulus, quem Graecia fecit,
Daemonium; signatque suas pro nomine vires.
Nunc age, surgentem primo de cardine mundum
Respice, qua solitos nascentia signa recursus
Incipiunt, viridis gelidis et Phoebus ab undis
Enatat et fulvo paulatim accenditur igne,
Haec tua templa ferunt Maia, Cyllenie, nate.
[☿ facies signata nota, quod nomen et ipsi
Auctores tibi dant artis quae ducit Olympum]
In quo fortunam natorum condidit omnem
Natura, ex illo suspendit vota parentum.
Unus in occasu locus est super. ille ruentem
Praecipitat mundum tenebris et sidera mersat,
Tergaque prospectat Phoebi, qui viderat ora.
Ne mirere, nigri si Ditis ianua fertur,
Et finem vitae retinet. [mortique locatur]

A. v. 935 fortuna d. v. 936 caeli c. pars est. v. 937 erat tempus — titulum v. 940 solido — recursu v. 941 udus v. 943 Et — Cilleniae notae v. 944 O fac. v. 945 artes — qua v. 946 qua v. 949 terris et v. 950 Terraque — quae

S. v. 940 solido — recursu v. 941 udus — ut Ph. v. 943 Te v. 944 O v. 946 qua v. 947 eque illa v. 949 terris

B. v. 937 Asper et attentus — titulum cui v. 941 udus — ut v. 944 et 45 iure eiecit. v. 946 In quis v. 947 eque illis v. 949 mergit v. 952 dicatur

V. v. 935 Verba: *Prima* — *templum* a margine venisse arbitror. — *fortuna* V. 1. C. v. 936 *Nascendum patrumque* V. 2. *pars est* omnes. v. 937 *Asperum erat tempus* V. 1. C. L. *Asperum erit templum* V. 2., ut vs. 943. *Haec tua templa ferunt.* ut hic templum *asperum*, ita templorum *vires* vs. 959. — *titulum* V. 1. C. *titulus* L. V. 2. v. 940 *solido* — *recursu* omnes. corr. B. v. 941 *viridis* omnes. Quod eximere sum veritus. v. 943 *Haec* omnes. v. 944 *O facies* omnes. ☿ Ego conieci. Hoc compendio *στίλβων*, Mercurii nomen, scribitur; eiusque interpretatio a vano artis admiratore profecta in versus redacta est. — *artes qua* omnes. v. 946 *In qua* omnes. Ego rescripsi; i. e. cardine. monstrat viam, *illo*, vs. sq. v. 947 *ex illo* omnes. v. 949 *terris* omnes. corr. B. — *mersit* omnes. Et fortasse id tempus inter media praesentia retinendum erat. Novimus enim poetarum orationem. v. 950 *Terraque* omnes. corr. Scal. v. 952 *mortique locatur,* in omnibus deest codd. A quo sit inventum, ignoro.

Hic etiam ipse dies moritur terrasque per orbem
Subripit, et noctis captum sub carcere claudit.
Nec non et fidei tutelam vindicat ipsam,
Pectoris et pondus. tanta est in sede potestas,
Quae vocat et condit Phoebum, recipitque refertque,
Consummatque diem. Tali sub lege notandae
Templorum tibi sunt vires, quae pervolat omnis
Astrorum series, ducitque et commodat illis
Ipsa suas leges, stellaeque ex ordine certo,
Ut natura sinit, lustrant variasque locorum
Efficiunt vires, utcunque aliena capessunt
Regna, et in externis subsidunt hospita castris.
Haec mihi sub certa stellarum parte canentur;
Nunc satis est, caeli partes titulosque notasse,
Effectusque loci per se cuiusque, deosque.
Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,
Octotopos, per quod stellae diversa volantes,
Quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.

A. v. 953 Hinc v. 958 Consumitque v. 959 cibi — quas v. 961 Ipse v. 968 Qui — arcem v. 969 Octo tropos — quos

S. v. 953 Hinc — terraeque v. 958 Consumitque v. 959 quas v. 961 Ipse v. 969 quos — volentes v. 970 reddent

B. v. 954 caelum sub v. 958 Continuatque — sorte v. 969 quos — in diversa

V. v. 953 ***Hinc*** omnes. corr. B. Dies terras eripit, ut cerni nequeant, per totum orbem, eumque orbem noctis carcere claudit. v. 958 ***Consumatque*** V. 1. 2. C. ***Consummatque*** L. Dum noctem diei addit et XXIV horas explet, fidem quodammodo solvit. v. 959 ***quas*** omnes; corr. B. quamquam tueri accusativum poteris. v. 961 ***Ipsa*** praeter V. 1. omnes. v. 968 ***Qui*** omnes. corr. Scal. v. 969 ***Octotropos*** omnes. corr. Scal. — *quod* omnes. neutro genere totam hanc doctrinam complectitur. ***diversa*** est idem quod ***in diversa***, ut ***aeternum***, ***sublime*** et infinita alia.

LIBER TERTIUS.

In nova surgentem, maioraque viribus ausum,
Nec per inaccessos metuentem invadere saltus,
Ducite Pierides. Vestros extendere fines
Conor, et dignos in carmina ducere cantus.
Non ego in excidium caeli nascentia bella,
Fulminis et flammas, partus in matre sepultos;
Non coniuratos reges, Troiaque cadente
Hectora venalem cineri, Priamumque ferentem;
Colchida nec referam vendentem regna parentis,
Et lacerum fratrem stupro, segetesque virorum,
Taurorumque truces flammas, vigilemque draconem,
Et reduces annos, auroque incendia facta,
Et male conceptos partus peiusque necatos;
Non annosa canam Messanae bella nocentis,
Septenosque duces, ereptaque fulmine flammis
Moenia Thebarum, et victam quia vicerat urbem,

A. v. 2 vadere v. 4 En conor, v. 7 deest v. 16 quae — orbem

S. v. 2 vadere v. 3 inriguos v. 6 partusque v. 7 deest. v. 16 quae

B. v. 2 vadere v. 3 inriguos in gramina d. fontes. v. 6 flamma

V. v. 2 *invadere* omnes. Et uterentur alii verbo simplici. v. 4 et *dignos* omnes. *inriguos* G. puto, ut hiatum eximeret. — *in carmine* L. C. *in carmen* V. 1. *carmina* sunt poesis, quae in dignos cantus vocatur. Non minus audacter Homeri *latices in carmina ducuntur*, II, 9. v. 7 unus V. 2. suo loco hic habet, ceteri post vs. 37 ita: *Non ad curatos r. Troiaque cadentes.* v. 15 *fulmina* vel *flumina* omnes. v. 16 *quia* omnes.

Germanosque patris referam, matrisque nepotes,
Natorumque epulas, conversaque sidera retro,
Ereptumque diem; nec Persica bella profundo
Indicta, et magna pontum sub classe latentem,
Immissumque fretum terris, iter aequoris undis;
Non regis Magni spatio maiore canenda,
Quam sint acta, loquar; Romanae gentis origo,
Totque duces, orbis tot bella atque otia, et omnis
In populi unius leges ut cesserit orbis,
Differtur. Facile est, ventis dare vela secundis,
Fecundumque solum varias agitare per artes,
Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa
Materies niteat. speciosis condere rebus
Carmina, vulgatum est opus et componere simplex.
At mihi per numeros ignotaque nomina rerum,
Temporaque et varios casus, momentaque mundi,
Signorumque vices, partesque in partibus ipsis
Luctandum est, quae nosse nimis, quid? dicere, quantum est?
Carmine, quid, proprio? pedibus, quid, iungere certis?
Huc ades, o quicunque meis advertere coeptis
Aurem oculosque potes, veras et percipe voces.
Impendas animum; nec dulcia carmina quaeras.
Ornari res ipsa negat, contenta doceri.
Et si qua externa referentur nomina lingua,
Hoc operis, non vatis erit; non omnia flecti
Possunt, et propria melius sub voce notantur.

A. v. 22 reges magnos v. 23 quam si tacta v. 33 Quorum quaeque — parteque v. 34 quod — quod v. 35 quod — quod post vs. 37 sequitur: Non adiuratos r. Troiamque cadentem

S. v. 22 reges magnos v. 23 si tacta v. 24 tot otia v. 33 Quorum quaeque post vs. 37 sequitur: Non adiuratos r. Troiaque cadentes

B. v. 17 Germanosve v. 18 natorumve v. 24 Quotque — urbis, v. 35 Ordine v. 38 Intendas

V. v. 22 *regis* omnes. *magni* V. 2. *magno* cett. v. 23 *sitacta* L. *sit acta* V. 1. *si tacta* C. *sint acta* V. 2. v. 33 *Quorum quaeque* (sed *que* in L. a corr. additum), ceteri; *Quorumque* V. 2. corr. B. v. 34 et 35 *quod* ceteri; *quid* V. 2.

Nunc age subtili rem summam perspice cura,
Quae tibi praecipuos usus monstrata ministrat,
Et certas dat in arte vias ad fata videnda
Si bene constiterit vigilanti condita sensu.
Principium rerum et custos natura latentum
Quum tantas strueret moles per moenia mundi,
Et circumfusis orbem concluderet astris
Undique pendentem in medium, diversaque membra
Ordinibus certis sociaret corpus in unum,
Aeraque et terras flammamque undamque natantem
Mutua in alternum praebere alimenta iuberet,
Ut tot pugnantis regeret concordia causas,
Staretque alterno religatus foedere mundus,
Exceptum a summa ne quid ratione maneret,
Et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipso;
Fata quoque et vitas hominum suspendit ab astris,
Quae summas operum partes, quae lucis honorem,
Quae famam assererent, quae nunquam fessa volarent;
Quae, quasi per mediam mundi praecordia partem
Disposita obtineant, Phoebum Lunamque vagasque
Et vincunt stellas nec non vincuntur et ipsa,
His regimen natura dedit propriasque sacravit
Unicuique vices, sanxitque per omnia summa,
Undique uti fati ratio traheretur in unum.
Nam quodcunque genus rerum, quodcunque laborum,

A. v. 44 ministret v. 45 det v. 53 alterutrum v. 63 Evincunt v. 66 ne fati

S. v. 63 Evincant — vincantur v. 65 summam v. 66 unam

B. v. 44 ministret v. 45 det v. 55 aeterno v. 63 Evincant — vincantur v. 65 summam v. 66 unam

V. v. 44 *ministrat* omnes. v. 45 *dat* V. 2. cett. *det*. Ceterorum scriptorum sane is mos est, ut futuro exacto, si futurum nolint, coniunctivum addant praesentis. Sed suus etiam in his rebus Man. est. v. 54 *pugnantis* V. 2. L. (sed hic a corr. *e*.) v. 63 *Evincunt* V. 2. *Et vincunt* ceteri. a vs. 61 aperte structura nova incipit: Haec quasi — obtineant, et vincunt et vincuntur. v. 65 *per omnia summa sanxit* omnes recte. v. 66 *ut* (vel *uti*) *fatum* omnes. corr. e G. Scal.

Quaeque opera atque artes, quicunque per omnia casus
Humana in vita poterant contingere sortem,
Complexa est, tot et in partes, quot et astra locarat,
Disposuit, certasque vices, sua nomina cuique
Attribuit, totumque hominis per sidera censum
Ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem
Confinis parti vicinis staret in arvis.
Horum operum sortes ad singula signa locavit;
Non ut in aeterna caeli statione manerent,
Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
Ex iisdem repetita locis; sed tempore sedes
Nascentum acciperent proprias signisque migrarent,
Atque alias alii sors quaeque accederet astro,
Ut caperet genitura novam per sidera formam,
Nec tamen incerto confunderet omnia motu;
Sed cum pars operum, quae prima condita sorte est,
Accepit propriam nascentis tempore sedem,
Cetera succedunt, signisque sequentibus haerent.
Ordo ducem sequitur, donec venit orbis in orbem.
Has autem facies rerum per signa locatas,
In quibus omnis erit natura et condita summa,
Utcunque stellae septem laeduntve iuvantve,

A. v. 70 In tot compl. est p. — vocarant v. 71 Res pos. v. 72 cursum v. 73 idem v. 74 astris v. 80 aliis alio v. 83 parte est v. 89 Ut quom iam

S. v. 69 sorte v. 70 notarat v. 71 Res pos. v. 80 aliis alio v. 83 parte est v. 88 fortunae cond. v. 89 (Ut fit) cum

B. v. 69 Humanae in vitae — sorte v. 71 munia v. 88 fortunae cond. v. 89 aut st.

V. v. 69 *contingere*, i. e. pertinere ad, *sortem* omnes. (unus G. *sorte.*) v. 70 *vocarant* omnes. (*vocarat* V. 2.) corr. B. v. 71 *Res posuit* vel, *Resposuit* omnes. corr. B. v. 73 *ut idem* omnes. corr. Scal. ex G. v. 76 *in arvis* ceteri; *in astris* V. 2. v. 80 *Atque alius sors* omnes. corr. B. Fortasse: *Atque alia usque alii* v. 83 *parte est* omnes. corr. B. v. 88 *fortuna et* L. V. 2. *fortunae* G. *natura et* V. 1. C. Recte. nam cum septem stellae et cardines mundi ad eam *faciem* rerum omnium accedentes aut laedant aut adiuvent, in ea *facie* non omnis *fortunae*, sed omnis *naturae summa* est posita. hanc autem figurate naturam *et* summam nominat. v. 89 *Ut cum* L. V. 1. C. *Ut sit cum* G. *Utcumque* V. 2.

Cardinibusve movet divina potentia mundi,
Sic felix aut triste venit per singula fatum,
Talis et illius sors est speranda negoti.
Haec mihi solemni sunt ordine cuncta canenda,
Et titulis signanda suis rerumque figuris,
Ut pateat positura operum nomenque genusque.
　Fortunae sors prima data est. hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, dominoque haerentia cuncta,
Qui modus in servis, qui sit concessus in arvis,
Quamque datum magnas operum componere moles;
Ut vaga fulgentis concordant sidera caeli.
Posthinc militiae locus est, qua quicquid in armis
Quodque peregrinas inter versantibus urbes
Accidere adsuevit, titulo comprenditur uno.
Tertia ad urbanos statio est numeranda labores.
Hoc quoque militiae genus est, civilibus actis
Compositum, fideique tenet parentia vincla,
Format amicitias et saepe cadentia frustra
Officia, et cultus contingant praemia quanta
Edocet; appositis cum mundus consonat astris.
Iudiciorum opus in quarto natura locavit
Fortunamque fori; fundentem verba patronum
Pendentemque reum lingua, rostrisque loquentis

A. v. 99 consensus v. 100 Quaque v. 102 Post hanc v. 103 Quaque v. 104 Accipere v. 109 cultos v. 110 consonet v. 113 loquentem

S. v. 98 domuique v. 100 Quaque v. 102 Post hanc v. 113 loquentem

B. v. 92 ullius v. 98 domuique v. 100 Quaque v. 113 voltusque

V. v. 90 *movent* L. V. 1. C. *movet* V. 2. v. 98 *dominoque* omnes. *cauta* omnes; (in V. 2. vel *cauta* vel *tanta*.) v. 99 *quis sit* omnes. *concensus*, *n* erasa, L. *consensus* V. 1. *concessus* V. 2. G. v. 100 *Quamque*, i. e. quem in modum, omnes. v. 103 *Quaeque* L. G. V. 1. C. *Quoque* V. 2. corr. Scal. v. 104 *Accipere* omnes. corr. Scal. Quod fortasse recte tuebere, si non *Quodque* cum Scal. corrigas, sed *Quisque*. v. 112 *Fortunaque* omnes. v. 113 *rostrisque loquentis*, omnes. Sed omnia haec ad iudicia pertinent, neque

Impositum et populo nudantem condita iura,
Atque expensa sua solventem iurgia fronte,
Cum iudex veri nihil amplius advocat ipso.
Quicquid propositas inter facundia leges
Efficit, hoc totum partem concessit in unam;
Atque, utcunque regunt dominantia sidera, parent.
Quintus coniugio gradus est per signa dicatus,
Et socios tenet et comites, hic hospitis una
Iungitur et similis coniungens foedus amicos.
In sexta dives numeratur copia sede,
Atque adiuncta salus rerum, quarum altera, quanti
Contingant usus, monet, altera, quam diuturni;
Sidera ut inclinant vires et templa gubernant.
Septima censetur saevis horrenda periclis,
Si male subscribunt stellae per signa locatae.
Nobilitas tenet octavam, qua constat honoris
Conditio et famae modus, et genus, et specioso
Gratia praetextu. Nonus locus occupat omnem
Gnatorum sortem dubiam, patriosque timores,
Omniaque infantum mixta nutritia turba.
Huic vicinus erit, vitae qui continet actum.
In quo sortimur mores, et qualibus omnis

A. v. 119 gerunt — manant v. 121 atque hospitium v. 132 Fatorum v. 133 intrantum v. 135 servorum mor. — qualibet

S. v. 114 In posita v. 121 atque hospitium v. 125 Contigant

B. v. 114 Composito v. 119 paret v. 121 et consortes hospitiisque Fungitur — coniungit

V. rostrorum locus est, sed iudex describitur, ut aperte sequentia docent. Puto: *verbisque loquentis* (oratoris) Impositum. quamquam haec quoque oratio excusatione indiget. *Impositum* V. 2. *Imposita* ceteri. v. 119 *gerunt* omnes. corr. Scal. *parent* omnes. astra quae regunt eadem parent; argute, ex more. v. 121 *comites* (*comitem* V. 2.) *hospitis*. om. *hic*, quod ego interposui, omnes. Alii fortasse *hoc* malint. v. 122 *similis* omnes. v. 127 *censentur* omnes. v. 129 *quo* omnes. v. 132 *Fatorum* V. 1. C. G. L. (in hoc *Gr* erasum) *Gratorum* V. 2. corr. Scal. v. 133 *intrantum* (*cunctantum* V. 1.) omnes. corr. Scal. Fortasse *intrantium* (in lucem) audacia relinquenda Manilio erat. v. 135 *sortium rumores aequalibus* omnes. corr. Scal.

Formetur domus exemplis, quoque ordine certo
Ad sua compositi discedant munera servi.
Praecipua undecima pars est in sorte locata,
Quae summam nostri semper viresque gubernat,
Quaque valetudo constat, nunc libera morbis,
Nunc oppressa, movent ut mundum sidera cunque.
Non alia est sedes, tempusve, genusve medendi
Quae sibi deposcat, vel cuius tempore praestet
Auxilium et vitae sucus miscere salubris.
Ultimus et totam concludens ordine summam
Rebus apiscendis labor est, qui continet omnis
Votorum effectus, et quae sibi quisque suisque
Proponit studia atque artes, haec irrita ne sint,
Seu ferat officium, nutus blanditus in omnes,
Aspera sive foro per litem iurgia temptet,
Fortunamve petat pelago, ventisque sequatur,
Seu Cererem plena vincentem credita messe,
Aut repetat Bacchum per pinguia musta fluentem,
Hac in parte dies atque hac momenta dabuntur;
Si bene convenient stellae per signa sequentes.
Quarum ego posterius vires in utrumque valentis
Ordine sub certo reddam, cum pandere earum
Incipiam effectus; nunc ne permixta legentem
Confundant, nudis satis est insistere membris.

A. v. 141 et m. v. 142 alias sed. v. 144 succos v. 149 blanditur v. 152 plenam — vincentemque horrea messem v. 154 haec mom. v. 157 rerum

S. v. 144 succos v. 154 haec mom.

B. v. 136 quaque ord. v. 144 in vitae — succos v. 154 fides, inque hac

V. v. 140 *Quaeque* omnes. v. 141 *et mundum* omnes. corr. Scal. v. 142 *alias sedes* omnes. corr. Scal. v. 144 *sucus* (vel *succus*) *miserere* omnes. corr. Scal. sed formam *sucus* eximere veritus sum. post vs. 153 quatuor lineae in L. intermissae; in tribus literae scriptae erant nunc erasae. manus recens inscripsit vss. ex libr. IV, 10 — 16. in V. 2. sequuntur vss. 175 et 76. v. 154 *dies* omnes; i. e. tempora iusta. *haec mom.* omnes. corr. B. v. 157 *rerum* omnes. corr. Scal. post vs. 159 versus instar hoc ceterorum librr. lemma in V. 2. scribitur: *Quō* (quomodo) *adapet* (athla per) *signa desonibus aumri* (describantur.)

Et quoniam certo digestos orbe labores
Nominaque in numerum viresque exegimus omnes
(Athla vocant Graii) qua cuncta negotia rerum
In genera et partis bis sex divisa cohaerent;
Nunc, quibus ascendant signis quandoque, canendum est.
Perpetuas neque enim sedes, eademve per omnis
Sidera nascentis retinent, sed tempora mutant,
Nunc huc nunc illuc signorum mota per orbem,
Incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.
Ergo age, ne falsa variet genitura figura,
Si sua quemque voles revocare ad signa laborem,
Fortunae conquire locum; per sidera cuncta
Quae primo par est numero sit dicta sub athlis.
Qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,
Cetera praedicto subeuntibus ordine signis
Coniunges, teneant proprias ut singula sedes.
Et ne forte vagus Fortunae quaerere sedem
Incipias, duplici certam ratione capesse.
Cum tibi nascentis percepto tempore forma
Constiterit caeli, stellis ad signa locatis,
Transverso Phoebus si cardine celsior ibit,
Qui tenet exortum, vel qui demergit in undas,
Per tempus licet affirmes natum esse dici.
At si subiectis senis fulgebit in astris

A. v. 160 toto v. 162 quae v. 165 eademque v. 169 varia v. 171 perquire v. 172 pars — numerosis v. 176 naturae v. 177 duplicem certa

S. v. 160 toto v. 162 quae v. 165 eademque v. 166 tempore v. 170 ad fata v. 171 perquire v. 172 pars — numero sic v. 177 duplicem certa

B. v. 162 quod v. 163 coërcent v. 166 tempore v. 172 eiicit. v. 181 in umbras v. 183 Phoebus fulg.

V. v. 160 *toto* V. 1. om. C. *certo* L. V. 2. G. v. 162 *quae* omnes. Ego correxi. saepe de hoc adverbio M. monitum est. v. 163 *partis* V. 2. L. (in hoc a corr. *e*) v. 166 *tempora* omnes. v. 169 *varia* omnes. corr. Scal. v. 170 *labore* omnes. v. 171 *conquire* omnes. v. 172 *pars est numerosis* omnes. Ego correxi. v. 177 *duplicem certa* L. V. 1. *duplici* V. 2. v. 183 *senus* (vel *senis*) V. 2.

Inferior, dextra laevaque tenentibus orbem
Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
Haec tibi cum fuerint certo discrimine nota,
Tunc, si fonte dies nascentem exceperit alma,
A sole ad lunam numerabis ordine partes
Signorum, ortivo totidem de cardine duces,
Quem bene partitis memorant horoscopon astris;
In quodcunque igitur numerus pervenerit astrum,
Hoc da Fortunae; iunges tunc cetera signis
Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.
At cum obducta nigris nox orbem texerit alis,
Si quis erit, qui tum materna excesserit alvo
Verte vias, sicut naturae vertitur ordo.
Consule tum Phoeben imitantem lumina fratris
Semper, et in proprio regnantem tempore noctis.
Quotque ab ea Phoebus partes et signa recedit,
Tot numerare iubet fulgens horoscopus a se;
Hunc Fortuna locum teneat subeuntibus athlis,
Ordine naturae sicut sunt cuncta locata.
    Forsitan et quaeras agili rem corde notandam;
Qua ratione queas a tali tempore nati
Exprimere immerso surgentem horoscopon orbe.
Quod nisi subtili visum ratione tenetur,
Fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo,
Cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,
Mentitur faciem mundus, nec constat origo,

A. v. 188 in ord. v. 192 tum v. 195 materno v. 196 veluti v. 197 tunc v. 204 natalis t. v. 205 immenso v. 206 sub stellis visus

S. v. 188 in ordine v. 192 iungens tum

B. v. 188 in ordine v. 190 athlis

V. v. 188 Hic versus in omnibus deest, praeter V. 2., qui *in* omittit. v. 195 *materno* omnes. v. 196 *natura evescitur* V. 2. v. 200 *fulgens* om. L. V. 1. C. v. 204 *natalis* V. 1. 2. L. sed in hoc *s* serius appicta. *natali* C. corr. Scal. v. 205 *immenso* omnes. corr. Scal. v. 206 *sub stellis visum* omnes. corr. Scal. v. 208 *quae* omnes. Quod aliter divisa oratione potes tueri: non consonat ordo Cardinibus, quoniam, falsis quae cuncta g., mentitur mundus.

Flexaque momento variantur sidera templi.
Sed quanta effectu, res est tam plena laboris,
Cursibus aeternis mundum per signa volantem,
Ut totum lustret curvatis arcubus orbem,
Exprimere et vultus eius componere certos,
Ac tantae molis minimum deprendere punctum,
Quae pars exortum, vel quae fastigia mundi
Auferat, occasus, aut imum obsederit orbem.
Nec me vulgatae rationis praeterit ordo,
Quae binas tribuit signis orientibus horas,
Et paribus spatiis aequalia digerit astra,
Ut parte ex illa, qua Phoebi coeperit orbis,
Discedat numerus, summamque accommodet astris,
Donec perveniat nascentis tempus ad ipsum,
Atque ubi substiterit, signum dicatur oriri.
Sed iacet obliquo signorum circulus orbe,
Atque alia inflexis oriuntur sidera membris,
Ast illis magis est rectus surgentibus ordo,
Ut propius nobis aliquod vel longius astrum est;
Vix finit luces Cancer, vix bruma reducit;
Quam brevis illa iacet, tam longus circulus hic est.
Libra Ariesque parem reddunt noctemque diemque;
Sic media extremis pugnant, extremaque summis.
Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis,
Sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.
In tam dissimili spatio, variisque dierum
Umbrarumque modis, quis possit credere in auras
Omnia signa pari mundi sub lege meare?

A. v. 214 Exprime v. 217 imo sed. orbe v. 219 surgentibus v. 234 tamen v. 237 manere

S. v. 217 Aut ferat — imo sed. orbe v. 219 surgentibus

B. v. 215 comprendere v. 217 Aut seros obitus v. 219 surgentibus v. 230 ille v. 232 postremaque primis

V. v. 213 *Et omnes*, *Ut* unus V. 2. v. 214 *Exprimet et omnes.* v. 217 *imo*, vel *ima*, *sederit orbem* omnes. corr. Scal. B. ego. v. 219 *surgentibus* ceteri; *orientibus* V. 2. v. 230 *ille* ex Veneto B., omnes alii. *illa* i. e. bruma. v. 237 *manere* omnes. corr. Scal.

Adde quod incerta est horae mensura, neque ullam
Altera par sequitur, sed sicut summa dierum
Vertitur; et partes surgunt, rursusque recedunt;
Quum tamen in quocunque dies deducitur astro,
Sex habeat supra terras, sex signa sub illis;
Quo fit, ut in binas non possint omnia nasci,
Quum spatium non sit tantum pugnantibus horis,
Si modo bis senae servantur luce sub omni:
Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.
  Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,
Ni lucem noctemque paris dimensus in horas,
In quantum vario pateant sub tempore noris,
Regulaque exacta primum formetur in horas
Quae segnemque diem, segnes perpendat et umbras.
Haec erit, in Libra cum lucem vincere noctes
Incipiunt, vel cum medio concedere vere.
Tunc etenim solum bis senas tempora in horas
Aequa patent, medio quod currit Phoebus Olympo.
Is cum per gelidas hiemes submotus in austros
Fulget in octava Capricorni parte biformis,
Tunc angusta dies vernalis fertur in horas
Dimidiam atque novem; sed nox oblita diei
Bis septem, apposita, numerus ne claudicet, hora
Dimidia. sic in duodenas exit utrumque,
Et redit in solidum naturae condita summa.

A. v. 239 pars v. 250 exactas v. 251 sedes perp. v. 255 cum v. 256 in astro v. 258 *vertit* in

S. v. 239 pars v. 247 Hunc et sequentes 53 vss. reiecit post vs. 482: Longa dies. v. 250 exactas v. 251 signetque d. sedes, v. 256 Hic

B. v. 244 brumalibus v. 250 hora v. 251 Quae sub lance dies aequa p. v. 261 utrinque

V. v. 239 *pars* omnes; corr. B. v. 244 *bris* omnes. v. 246 *Quem numeris debet ratio, sed non capit usu* V. 2. v. 248 *paris* V. 2. L. in hoc a corr. *e*. — *demensas* V. 2. v. 250 *exacta* omnes. *a* producitur ob sq. *pr*. v. 251 *segnemque diem sedem* omnes. Ego correxi. v. 254 *tempore* omnes. v. 256 *His* omnes. — *in astro* omnes. corr. Scal. v. 258 *vernalis* omnes.

Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces,
Donec ad ardentis pugnarunt sidera Cancri.
Atque ibi conversis vicibus mutantur in horas
Brumalis, noctemque dies, lucemque tenebrae
Hibernam referunt, alternaque tempora vincunt,
Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
Impulsae, quarum ratio manifesta per artem
Collecta est, venietque suo per carmina textu.
Atque haec illas est demum mensura per oras,
Quas rigat aestivis gravidus torrentibus amnis
Nilus, et erumpens imitatur sidera mundi
Per septem fauces atque ora fugantia pontum.
Nunc age, quot stadiis et quanto tempore surgant
Sidera, quoque cadant, animo cognosce sagaci,
Ne magna in brevibus pereant compendia dictis.
Nobile Lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,
Dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit
Cum cadit; atque horam surgens eiusque trientem
Occupat; occiduus geminat; cum cetera signa
Octonis crescunt stadiis orientia in orbem,
Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras.
Hora novo crescit per singula signa quadrante.

A. v. 264 pugnarint v. 265 ubi v. 271 h. est illas caeli — horas v. 272 Qua — aestivus gradibus v. 277 careant v. 283 admittunt — rigentia

S. v. 271 est illas v. 276 quotque v. 277 careant (om. *in*)

B. v. 271 A. h. Niliacas demum est — Qua — arva Amnis v. 276 quotque v. 281 tum

V. v. 265 *ubi* L. C. V. 1. G. *ibi* V. 2. v. 266 *Brumalis* V. 2. L., sed in hoc a corr. *e*. v. 271 *haec illa demum est* — *horas* omnes. (om. *est* —; *hora* V. 2.) corr. Scal. et ego. v. 272 *gradibus* omnes. corr. Scal. — V. 2. non *amnis* sed *arviis*. Quod fortasse recipiendum erat; arvis gravidus torrentibus rigat oras. v. 275 *quod* omnes. in L. a corr. *t*. v. 276 *quoque* omnes; i. e. tempore. v. 277 *cadant* V. 1. *careant* L. C. G. *cureant* V. 2. corr. B. fortasse leges: *lateant*. v. 283 *admittunt* omnes. *amittunt* Scal. *rigentia* V. 1. L. G. C. corr. Scal. *vergentia*, quod habet V. 2.

Tertiaque in quartas partes diducitur eius.
Haec sunt ad Librae sidus surgentibus astris
Incrementa; pari momento damna trahuntur,
Cum subeunt orbem, rursusque a sidere Librae,
Ordine mutato, paribus per tempora versa
Momentis redeunt. nam per quot creverat astrum
Lanigeri stadia aut horas, tot Libra recedit.
Occiduusque Aries spatium tempusque cadendi
Quod tenet, in tantum Chelae consurgere perstant.
Eius in exemplum se signa sequentia vertunt.
Haec ubi constiterint vigilanti condita mente,
Iam facile est, si quod, quandoque horoscopet astrum,
Noscere, quum liceat certis surgentia signa
Ducere temporibus, propriasque adscribere in horas
Partibus, ut ratio signis ducatur ab illis,
In quis Phoebus erit, quorum mihi reddita summa est.
Sed neque per terras omnis mensura dierum
Umbrarumque eadem est, simili nec tempora summa
Mutantur; modus est varius ratione sub una.
Nam qua Phryxaei ducuntur vellera signi,
Chelarumque fides, iustaeque examina Librae,
Omnia consurgunt binas ibi signa per horas;

A. v. 285 quarta parte si v. 288 ad sidera v. 292 oriendi v. 293 cum surgere perstat v. 297 signis v. 302 cursu v. 304 Nunquam v. 306 sibi

S. v. 285 inducitur v. 292 ruendi v. 293 Quot v. 298 propriisque v. 304 Numquam v. 306 binas si

B. v. 285 in quinas — pars ducitur v. 296 est tibi, quod v. 298 propriisque v. 303 statione

V. v. 285 *in quarta parte* omnes. corr. Scal. *sic ducitur* G. *si ducitur* V. 1. C. L. *seducitus* V. 2. *diducitur* ego rescripsi; explicuit Scal. et Pingreus. v. 288 *ad sidera* omnes. corr. Scal. v. 290 *quod* omnes. *t* a corr. L., in quo sequitur hic vs.: *Denique si non est, fati cur traditur ordo.* cf. IV, 106. v. 292 *oriendi* V. 1. C. G. (superscr. *vel canendi*); *canendi* (superscr. *vel oriendi*) L. *cadendi* V. 2. v. 293 *perstat* (*perstet* V. 1.) omnes. corr. Scal. v. 294 *sequentia versis* omnes. v. 296 *si quod*, i. e. num quod. v. 297 *signis* ceteri; corr. Scal. et habet V. 2. *signa.* v. 298 *propriasque* omnes. v. 300 *In quos* omnes. v. 301 *omnis* omnes. v. 304 *Numquam* omnes. corr. B. v. 306 *sibi* omnes. corr. B.

Quod medius recto praecingitur ordine mundus,
Aequalisque super transversum vertitur axem.
Illi perpetua iunguntur pace diebus
Obscurae noctes; aequo stat foedere tempus;
Nec manifesta patet falsi fallacia mundi,
Nec similis simili, toto nox redditur aevo;
Omnibus autumnus signis, ver omnibus unum,
Una quod aequali lustratur linea Phoebo.
Nec refert tunc quo Phoebus decurrat in astro,
Litoreumne coquat Cancrum, contrane feratur.
[Sideribus mediis, an quae sint quatuor inter]
Quod quamquam per tris signorum circulus arcus
Obliquus iaceat, recto tamen ordine zonae
Consurgunt, supraque caput terrasque feruntur,
Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt,
Ac bene diviso mundus latet orbe patetque.
At simul ex illa terrarum parte recedas,
Quicquid ad extremos temet praeverteris axes
Per convexa regens gressum fastigia Terrae.

A. v. 307 Quo v. 309 Illis v. 312 vertitur v. 314 coaequali v. 323 Et v. 324 ab extremo — axe v. 325 gradus gress. vestigia

S. v. 307 Quo v. 323 Et v. 324 ab extremo — axe v. 325 gradus gress.

B. v. 309 Illic vss. 311 et 12 inducit. v. 317 iure elecit. v. 320 subterque fer. v. 321 puncta res. v. 324 deverteris v. 325 trahens gress.

V. v. 307 *Quod* omnes. v. 309 *Illi* omnes, i. e. illic v. 314 *Mundus* hic, ut saepe, sol est, sive dies solaris. Is autem *falsus* esse dicitur, quia rudes caelestium rerum homines saepe apud nos destituit, dum ob brumae gyrum breviorem citius quam exspectaverant occidit. ea autem *fallacia* mundi apud peritos *manifesta patet*, quia qua lege luces crescant decrescantque didicimus. illic contra non *patet*, quia aequo temporum foedere sex semper per horas mundus in caelo versatur. Itaque illic singulas singulis noctibus non comparari, quae longitudine similes sint. Similique oratione porro ludit, quum vs. 313 et 14. addat illic quod apud nos autumno et vere fiat, totum per annum fieri, ut noctes diebus sint pares. v. 318 *tris* V. 2. L. v. 319 *Obliquos* omnes. Vetere scriptura, quam servare fortasse debebam. v. 324 *ab extremo — axe* V. 1. 2. C. L. (ex corr.) *ad extremos — axes* V. 2. L. a pr. m. v. 325 *gradus* V. 1. C. L. G. *gravis* vel *gerens* V. 2. Ego correxi, cf. v. 374.

Quam tereti natura solo decircinat orbem
In tumidum, et mediam in mundo suspendit ad omne;
Ergo ubi conscendes orbem, scandensque rotundum
Degrediere simul, fugiet pars altera terrae,
Altera reddetur; sed quantum inflexerit orbe,
Tantum inclinabit caeli positura volantis,
Et modo quae fuerant surgentia limite recto
Sidera curvato ducentur in aethera tractu,
Atque erit obliquus signorum balteus orbe,
Qui transversus erat; statio quando illius una est;
Nostrae mutantur sedes; ergo ipsa moveri
Tempora iam ratio cogit, variosque referre
Sub tali regione dies, cum sidera flexo
Ordine conficiant cursus obliqua malignos,
Longius atque aliis aliud propiusve recumbat.
Pro spatio mora magna datur, quae proxima nobis
Consurgunt, longos caeli visuntur in orbis,
Ultima quae effulgent, celeris merguntur in umbras.
Et quando ad gelidas propius quis venerit arctos,
Tam magis officiunt oculis brumalia signa,
Vixque ortis occasus erit. Si longius inde
Procedat, totis condentur singula membris,

A. v. 326 soli v. 327 ab omni v. 328 conscendens — stridensque v. 329 Digrediere v. 333 ducuntur v. 335 spatio v. 343 caecis — umbris v. 346 ortus

S. v. 326 soli — orbe v. 327 mediam mundo — ab omni v. 328 consides v. 330 orbem v. 334 obliquo v. 344 quanto v. 346 ortus v. 347 Procedas

B. v. 327 mediam mundo — ab omni v. 330 orbis v. 341 mora cuique v. 343 fulgent — citius v. 344 quanto v. 345 effugiunt oculos v. 347 toto — mense

V. v. 327 *in mundo — ad omni* omnes. (*ador* † V. 2.) *Omne* est universitas rerum. Ego correxi. v. 328 *consedes* omnes. corr. B. v. 329 *Digr.* omnes. corr. B. v. 330 *orbe* omnes v. 332 *limitet octo* omnes. v. 335 *spatioque* omnes corr. Scal. v. 337 *Nam* L. V. 1. C. *iam* V. 2. v. 342 *in orbis* V. 2. L. (in hoc a corr. *e.*) v. 343 *et fulgent* V. 2. L. C. G. *effulgent* V. 1. *celeris* omnes. — *umbris* ceteri; *umbras* V. 2. v. 344 *quando* omnes. *quanto* G. v. 345 *efficiunt oculos* V. 2. *efficiunt* L. (sed a corr. *o*) G. v. 346 *ortus* omnes. corr. B.

Tricenasque trahent connexo tempore noctes,
Et totidem luces adiment; sic parva dierum
Efficitur mora, et attritis consumitur horis,
Paulatimque perit spatio fulgentibus astris;
Pluraque per partis subrupto tempore signa
Quaerentur, medio terrae celata tumore,
Abducentque simul Phoebum, texentque tenebras,
Mensibus ereptis donec sit debilis annus.
Si vero natura sinat sub vertice caeli,
Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,
Aeternas super ire nives orbemque rigentem
Prona Lycaoniae spectantem membra puellae,
Stantis erit caeli species, laterumque meatu
Turbinis in morem recta vertigine curret
Inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt
Circuitu, nullos unquam fugientia visus,
Sed teretem inclini mundum comitantia semper.
Hic erit una dies per senos undique menses,

A. v. 353 Tempora quaerentur (om. terrae) v. 354 Adducentque v. 358 superare v. 360 meatus v. 361 currit v. 363 Circuitum v. 364 acclivi

S. v. 351 statio v. 353 Terrae quaerentur v. 354 Adducentque v. 355 eruptis v. 360 meatus v. 361 currit v. 364 acclini

B. v. 348 trahet, vss. 349—51 incl. proscribit. v. 352 subrepto v. 358 boreamque rig. v. 364 comitantia spira

V. v. 348 *trahet* L. V. 1. C. G. *trahent* V. 2: quod sequentia tuentur, quae defendit Pingreus: „Ad totum intervallum circulum polarem inter et polum pertinent. Censeatur quis a circulo polari ad polum procedere; omnia membra singulorum signorum australium successive condentur, ipsis signis peribit statio supra horizontem, singula trahent tricenas noctes continuas; sic paulatim horae, tum dies, denique menses consumentur." Idem commode coniicit *diei* vs. 349. *spatium* vs. 351. est astrorum intervallum, quo maiore minore simul crescit decrescit dies. cf. v. 341: mora pro spatio magna est. v. 352 *partis* V. 2. L. (a corr. *e.*) v. 353 *Tempore quaerentur m. e. timore* V. 1. C. *Q. medio tempore c. timore* L. (appicto u super tim.) *Q. m. tpe c. timore* V. 2. *tpe* in errorem induxit; *terrae* corr. Scal. v. 354 *Adducentque* omnes. corr. B. Cui fortasse parendum non erat; nam *adducere* etiam explices, in breve contrahere; quamquam figura audaciore; quae tamen late apud Tacitum patet. cf. v. 380. v. 355 *eruptis* omnes. v. 360 *meatum* L. C. V. 1. *meatu* V. 2. G. v. 361 *currit* omnes. corr. B. v. 364 *acclivi* V. 1. *acclini* L. C. *eclini* V. 2. corr. B. quod refer ad circuitum.

Dimidiumque trahens contextis lucibus annum;
Nunquam erit occiduus quod tanto tempore Phoebus,
Dum bis terna suis perlustrat cursibus astra,
Sed circumvolitans recto visetur ab orbe.
At simul e medio praeceps descenderit orbe
Inferiora petens deiecto sidera cursu,
Et dabit in pronum laxas effusus habenas,
Per totidem menses iunget nox una tenebras
Vertice sub caeli. nam quisquis spectat ab omni,
Dimidium e toto mundum videt, orbe rotundi,
Pars latet inferior; (neque enim circumvenit illum
Recta acies, mediaque tenus distinguitur alvo;)
Effugit ergo oculos summo spectantis ab orbe,
Dum sex submersis vectatur Phoebus in astris,
Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit
Sideribus, donec totidem quot mensibus actis
Cesserat, inde redit geminasque ascendit ad arctos.
Hic locus in binas annum noctesque diesque
Per duo partitae dirimit divortia terrae.
Et quoniam quanto variantur tempora motu,
Et quibus e causis dictum est, nunc accipe, signa
Quot surgant in quoque loco, cedantque per horas,
Partibus ut prendi possint orientia certis,
Ne falsus dubia ratione horoscopos erret.
Atque hoc in totum certa sub lege sequendum est;

A. v. 367 pro tanto v. 369 versatur v. 375 et toto — rotundo v. 377 medioque v. 382 unde

S. v. 369 versatur v. 375 et toto — rotundo v. 382 unde

B. v. 368 curribus v. 369 ab axe v. 371 devexo — curru v. 374 ab axe v. 375 e toto tantum v. 378 ab axe v. 380 collocat post v. 382. v. 382 Cesserat unde,

V. v. 369 *versatur* V. 1. C. ex corr. L. *versetur* V. 2. L. corr. B. v. 370 *deest in* V. 1. 2. v. 374 *ab omni* i. e. a quocunque loco. v. 375 *et* omnes. corr. B. — *rotundum* V. 1. *rotundi* L. V. 2. C. Substantive. *orbe*, ablativus est, quem absolutum vocant; cum corporum rotundorum orbis describatur. v. 382 *unde* omnes. ego correxi. — *regit* V. 1. L. C. *redit* V. 2. v. 384 *pacatae* V. 1. v. 386 *E quibus ecausis* omnes. v. 389 *horoscopos* V. 2. L. (cett. *us*.)

Singula quod nequeunt per tot distantia motus
Temporibus numerisque suis exacta referri,
A me sumat iter; positum sibi quisque sequatur,
Perque suos tendat gressus; mihi debeat artem.
Quacunque hoc parti terrarum quisque requiret,
Deducat proprias noctemque diemque per horas,
Maxima sub Cancro minimis quae cingitur umbris;
Et sextam summae, fuerit quae forte, diurnae
Vicino tribuat post Cancri templa Leoni;
At quae nocturnis fuerit mensura tenebris,
In totidem partes simili ratione secanda est,
Ut, quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus
Temporis averso nascentia sidera Tauro;
Has inter quasque accipiet Nemeaeus in horas
Quod discrimen erit, per tris id divide partis,
Tertia ut accedat Geminis, quae tempora Tauro
Vinciat, atque eadem Cancro, similisque Leoni.
Sic erit ad summam ratio deducta priorem,
Quam modo divisis Nemeaeus duxerat horis.
Inde pari Virgo procedat temporis auctu;

A. v. 395 Quoque modo hoc parat et — requirat v. 403 adverso v. 409 Quomodo — duxerit v. 410 actu

S. v. 403 adverso nascentis sidere tauri v. 404 Nemeeeius horas v. 408 perducta v. 409 Quomodo — Nemea sibi duxerit

B. v. 394 meos tendens v. 395 parte in v. 403 nascentis sidere tauri v. 404 in ortus v. 408 perducta

V. v. 393 *iter* i. e. viam et exemplum; quia omnia exponere longum est, deinde quod sibi quisque posuerit, sequatur; artem vero mihi debeat exemplo traditam. v. 395 *hoc parat iter rarum* L. *hoc parati ter.* C. *hic perati ter.* V. 1. *hoc parci* V. 2. Vetus casus *parti* tot turbas fecit. post vs. 399 in L, C. post 400. in V. 1. sequuntur vss. a libr. IV, vs. 10. ad vs. 313. In margine L. C. error notatur. In V. 2. omnia recta. v. 403 *adverso* omnes. corr. Huetius et B. — *nascentia sidera tauro* omnes. Oratio ita procedit: tantum temporis tribuatur ad ortus, i. e. ad nascentia averso Tauro sidera. Sed non solet Man. appositiones sic nude annectere; suspicor. *Tempus et averso nascentia sidera T.* — vss. tres proximos om. V. 2. v. 405 *e tris partis* L. (sed *e* a corr.) v. 408 *perducta* G. L. *deducta* V. 1. 2. C. v. 409 *Quomodo d. nemea si duxerit horis* (vel *horae*) omnes. corr. B. v. 410 *actu* omnes. corr. Scal.

Sed certa sub lege, prioris semper ut astri
Incolumem servet summam, crescatque novando,
His usque ad binas horarum partibus auctis,
Per totidem Librae decrescent sidera partes,
Et quantis, utrumque, modis tollentur ad ortus,
Diversam in sortem tantis mergentur ad umbras.
Haec erit horarum ratio ducenda per orbem,

* * * *

Illud, quot stadiis oriantur quaeque cadantque.
Quae cum ter centum et quater vicenaque constent,
Detrahitur summae tota pars, quota demitur usque
Omnibus ex horis aestivae nomine noctis,
Solstitium summo peragat cum Phoebus Olympo;
Quodque his exsuperat demptis, id ducito in aequas.

A. v. 411 astris v. 412 crescensque v. 413 denas v. 414 in utranque v. 418 Sydera quae ostendit quae or. v. 419 tercentum numeris vic. — constet v. 420 demit utrunque v. 423 dueit

S. v. 412 crescensque v. 413 denas v. 414 a Librae — sidere v. 415 in utrunque v. 418 Illa v. 419 t. numeris v. v. 420 demit utrimque v. 421 momine v. 422 peragit v. 423 didito

B. v. 412 servent — crescantque v. 413 Chelas — aucta v. 414 a libra v. 415 utrimque v. 418 Illa v. 419 terc. numeris vic. v. 420 Detrahe tot s. partes, quot ademit utrimque v. 421 lucis v. 422 peragit dum v. 423 didito

V. v. 411 *astris* omnes. corr. Scal. v. 412 *servet* — *crescensque* omnes. corr. B. et ego. v. 413 *usque ad denas* omnes. Ego correxi. cf. diagramma. v. 414 *Librae* — *sidera* omnes. recte. v. 415 *in utrumque* L. G. C. V. 1. *utrumque* V. 2. Et sane hunc Graecismum Latini poetae saepe proferunt ita: *in utrumque, utroque modo, utroque* etc. v. 417 Deesse versum iam vidit Pingreus et monstrat oratio. v. 418 *Illa* L. G. C. V. 1. *Illud* V. 2. *quod standis* (*scandis* V. 2.) omnes; sed in L. corr. *stadiis* et *quot*. corr. Scal. v. 419 *tercentum numeris* omnes. apertius tamen V. 2: *numerus* (quod in L. sub rasura est.) Nempe numerus quidam hic erat scriptus; quem cum librarius non intelligeret eius loco nomen rei ipsum adscripsit. Qui autem *numerus* exciderit, res docet. nam supra iam 720 stadia esse docuit. ergo *quater* excidit: ter et quater centum atque vicena sunt. Ego correxi; simili errore *desit* et *desunt* in carmina venerunt, in fine libri quinti vitium perspexit iam Pingreus.
v. 420 *demit utrumque* V. 1. C. L. *utque* L. (sed sub rasura *demitur*) *demitur utque* V. 2. Ego correxi. cf. diagramma. v. 422 *peragat* omnes; quod in hoc scriptore in indicativum mutare vereor.
v. 433 *ducit* omnes. *ducere* est *diducere*; nisi forte *id* in *di* mutandum erat.

Sex partes, sextamque ardenti trade Leoni;
Rursus qui steterit numerus sub numine noctis,
Eius erit signo Tauri pars illa dicanda;
Quodque hanc exsuperat partem, superantur ab illa,
Distinguitque duas medio discrimine summas,
Tertia pars eius numero superaddita Tauri
Tradetur Geminis. Simili tunc cetera lucro
Procedent, numeros semper tutata prioris,
Augebuntque novo vicinas munere summas,
Donec pervenient ad iustae sidera Librae.
Ex illa totidem per partes sic breviantur
Lanigeri ad fines; conversaque omnia lege
Accipiunt perduntque pares cedentia sortes.
Haec via monstravit stadiorum ponere summas,
Et numerare suos ortus per sidera cuncta.
Quod bene cum propriis simul acceptaveris horis,
In nulla fallet regione horoscopus unquam,
Cum poterunt certis numerari singula signa
Temporibus, parte ex illa, quam Phoebus habebit.
Nunc quibus hiberni momentis surgere menses
Incipiant, (neque enim paribus per sidera cuncta
Procedunt gradibus, nivei dum vellera signi
Contingunt, aequum lucis cogentia et umbras

A. v. 424 Sed v. 425 nomine v. 426 dicenda v. 430 Traditur et v. 431 Procedunt — priores v. 432 novem numeratas nomine v. 433 tempora v. 435 nomina v. 439 breve cum v. 446 luces

S. v. 425 nomine v. 430 Traditur et v. 431 Procedunt — prioreis v. 432 novem vicenas nomina v. 433 perveniant v. 435 nomina legem v. 437 monstrabit v. 446 contingant — luces

B. v. 425 nomine v. 430 Traditur et v. 431 Procedunt — priores v. 433 perveniant v. 436 redduntque v. 437 monstrabit v. 446 contingant — luces

V. v. 425 *sub numine* omnes. (sed *nomine* V. 1.) v. 430 *Traditur et* ceteri; *Tradetur* om. *et* V. 2. v. 431 *Procedunt* ceteri; *procedent* V. 2. — *prioris*, sc. astri, omnes. v. 432 *novem* — *numero summas* omnes. (sed G. *munera.*) corr. B. v. 433 *Pervenient* (vel *perveniet*) omnes. v. 435 *conversaque omnia lege* omnes. v. 437 *monstravit* omnes. *monstrabit* G. v. 446 *Contingant* V. 2. ceteri *contingunt.* — *lucis* omnes.

Ferre iugum,) magna est ratio breviterque docenda.
Principio capienda tibi est mensura diei,
Quam minimam Capricornus agit, noctisque per horas
Quam summam; quoque ab iusto superaverit umbra,
Et trepident luces, eius pars tertia signo
Tradenda est medio semper; qua sorte retenta
Dimidio vincat primum, vincatur et ipsum
Extremo. Totum in partes ita digere tempus;
His opibus tria signa valent; sed summa prioris
Accedat numeri, coniuncta sequentibus astris
Cesserit; ut, ternis fuerit si longior horis
Brumali nox forte die, Capricornus in hora
Dimidia attollat luces, et Aquarius horam
Ipse suam proprie ducat, summaeque priori
Adiungat; Pisces tantum sibi temporis ipsi
Constituant, quantum accipiant de sorte prioris,
Et tribus expletis horis noctemque diemque
Lanigero tradant aequandam tempore veris.
Incipit a sexta tempus procedere parte
Dividuum; triplicant vires haerentia signa,

A. v. 449 horam v. 450 si iusta — hora v. 451 crepitent v. 455 signa etiam v. 456 Accedant v. 458 ut hora v. 460 dicat v. 466 arentia

S. v. 456 Accedit v. 458 ut hora v. 459 horae v. 460 propriae — prioris v. 466 duplicant

B. v. 452 medio: qua semper sorte v. 453 Dimidia ut vs. 455 et 56 inducit. v. 457 Sic erit, ut v. 459 horae v. 460 s: sortem d. v. 462 priorum v. 463 Ut tribus v. 466 duplicant

V. v. 449 *horam* omnes. corr. Scal. v. 450 *ad iusto* omnes. corr. Scal. — *horas* V. 1. C. *umbras* G. L. V. 2. corr. Scal. v. 456 *Accedit* omnes; ego correxi. Sententiam simplicissime tradit Cleom. Meteor. I, 6: Discrimen inter logissimum ac brevissimum diem ait esse in duodecim uncias dividendum; hinc primo mensi tribuendam partem 12; secundo, 6; tertio, 4; quarto, 4; quinto, 6; sexto, 12mam. Manilius qui tantum de hibernis mensibus tribus doceat, tres horas nocturnas ita dividit, ut Aquarium velit accipere horam unam; Capricornum altero dimidio ab Aquario vinci, Pisces contra augeri hora una cum semisse; Arietem trium horarum incremento noctem diemque aequare. *Ut*, vs. 457, exemplum inducit. omnia ad vs. 467 ex codd. lectione, nisi quod *arentia* vs. 66. omnes. corr. Scal.

Ultimaque acceptas duplicant. Ita summa diebus
Redditur aequatae, solvuntur feniore noctes;
Rursus et incipiunt propria de sorte diebus
Cedere diversa labentia tempora lege.
Namque Aries totidem deducit noctibus horas,
Quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces;
Hora datur Tauro, cumulentque ut damna priora,
Dimidiam adiungunt Gemini. Sic ultima primis
Respondent, pariterque illis, quae proxima fulgent,
Et media aequatis censentur viribus astra,
Praecipuosque gerunt varianda ad tempora motus.
Hac vice descendunt noctes ad sidera brumae,
Tolluntur que dies, annique invertitur orbis,
Solstitium tardi cum fit sub sidere Cancri,
Tuncque diem brumae nox aequat, tempora noctis
Longa dies, similisque redit, quam creverat acta.
    Illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum
Quod quandoque vadis emissum redditur orbi.
Nam quota sit lucis, si luce requiritur, hora,
Adspicies; atque hunc numerum revocabis in ipsum
Multiplicans decies, adiectis insuper iisdem
Quinque tamen summis; quia qualicunque sub hora
Ter quinas mundi se extollunt sidera partes.
Hic ubi constiterit numerus, coniungere et illas,

A. v. 468 et 69 sunt post vs. 474. v. 473 cumuletque v. 474 Geminis v. 478 discedunt v. 483 Austrum v. 488 samis v. 489 sex tol. v. 490 coniungis et

S. v. 467 triplicant vss. 468, 69, 70 sunt post vs. 474. v. 478 discedunt — a sidere v. 482 similique vss. 481 et 82 abiicit. v. 487 eidem v. 489 se tol.

B. v. 467 triplicant v. 468 aequato v. 470 conversa v. 477 abiicit v. 478 a sidere v. 479 ordo v. 480 dum v. 481 et 482 abiicit sine causa idonea v. 487 eidem v. 489 se toll.

V. vss. 467 et 68 huc reposuit B.; codd. habent post vs. 474. v. 473 *cumuletque* omnes. corr. Scal. v. 477 tuetur Pingreus. v. 478 *discedunt* omnes, corr. B. v. 487 *hisdem* vel *iisdem* omnes. v. 488 *summe* V. 1. C. L. (a corr.; fuerat *summus*) *sumus* V. 2. corr. Scal. v. 489 *sex tollunt* omnes. ego correxi. v. 490 *coniungis* V. 1. C. L. (i a corr.; e fuerat) *coniunges* V. 2.

Quae superent Phoebo partes per signa, memento
Ex hac tricenas summa per sidera partes
Distribues; primamque vicem, quo Phoebus in astro
Fulserit; inde aliis, solem quaecunque sequentur.
Tum quo subsistet numerus consumptus in astro,
Quave in parte suam summam numerumque relinquet,
Haec erit exoriens. Et par est forma per ignes,
* * *
Contineat partes. Ubi summam feceris unam,
Tricenas dabis ex illa per singula signa,
Donec deficiat numerus, quaque ille sub astris
Parte cadat, credas illam cum corpore natam
Esse hominis, pariterque orbem vidisse per ignes.
Sic erit ipse tibi rapidis quaerendus in astris
Natalis mundi, certoque horoscopus ortu,
Ut cum exacta fides steterit sub cardine primo,
Fallere non possint summi fastigia caeli,
Non seri te obitus, stent fundamenta sub imo,
Stent veri stellarum obitus, verique sub ortus.

A. v. 492 summas v. 494 hinc v. 495 Cum — consistet v. 496 relinquit v. 497 pars et v. 498 fecerit v. 500 illa v. 505 ex hac sedes v. 506 possit v. 507 N. feret oblitus v. 508 st. ortus

S. v. 496 momenque relinquit v. 497 et pars et v. 498 Continua v. 500 astri v. 505 c. ex hoc sedes v. 506 possit v. 507 Signifer obliquus v. 508 sub — ortus

B. v. 496 momenve relinquit v. 497 pars et v. 498 Contineat v. 500 astri v. 508 eiicit.

V. v. 492 *summas* omnes. corr. Scal. v. 495 *Cum quo constet.* corr. Scal. — *consistet* V. 1. C. *subs.* L. V. 2. v. 496 *numerique* V. 2. C. L. *numerumque* V. 1. — *reliquit* L. C. *relinquit* V. 1. *relinq*[t] V. 2. ego correxi. v. 497 *et pars et forma* omnes. Ego correxi. Nam apparet, hinc poëtam exordiri doctrinam de horoscopo nocturno, quum priora, (*si haec requiritur* v. 485) ad diurnum referuntur. Sed versus aliquot desunt. Id ita se habere, et proxima docent et clausula, qua et planetarum et signorum fit mentio, a vs. 505. v. 498 *Continent* omnes. — *fecerit* omnes. corr. Scal. v. 500 *illa* V. 1. 2. v. 505 *ex hac sedes* V. 1. 2. C. L. (in hoc *vel sedes* superscr.) *fides* L. V. 2. corr. B. v. 506 *possit* omnes. corr. B. v. 507 *Non feret oblitus* V. 1. C. L. G. *Nescret oblitus* V. 2. corr. B.

Censibus in proprias vires sortesque recedant.
Nunc sua reddentur generatim tempora signis,
Quis divisa etiam proprios ducuntur in annos,
Et menses, lucesque suas, horasque dierum,
Per quos praecipuas ostendunt singula vires.
Primus erit signi, quo sol effulserit annus,
Annua quod lustrans consumit tempora mundum;
Proximus atque alii subeuntia signa sequuntur.
Luna dabit menses, peragit quod menstrua cursum.
Tutelaeque suae primas horoscopos horas
Adserit atque dies, traditque sequentibus astris.
Sic annum mensesque suos natura diesque
Atque ipsas voluit numerari signa per horas,
Omnia ut omne foret divisum tempus in astra,
Perque alterna suos variaret sidera motus,
Ut cuiusque vices ageret redeuntis in orbem.
Idcirco tanta est rerum discordia in aevo,
Et subtexta malis bona sunt, lacrimaeque sequuntur
Vota, nec in cunctos servat fortuna tenorem;
Usque adeo permixta fluit, nec permanet usque,
Amisitque fidem variando cuncta per omnis.
Non annis anni, nec menses mensibus usque

A. v. 509 Dena quod v. 511 Quae v. 512 suis v. 515 Annum — mundi v. 516 illi v. 517 peragunt v. 519 tradique v. 520 tuos v. 523 Per quae v. 527 cunctis v. 528 usquam

S. v. 509 Denique ut in v. 511 Quae v. 513 Per quae v. 515 Annum — consummat — mundi v. 527 cunctis v. 528 usquam v. 530 non menses

B. v. 509 Omniaque v. 511 Quae v. 513 Per quae v. 523 Perque aliena v. 528 usquam

V. v. 509 *Dena quod* V. 1. *Denaque in* V. 2. L. C. Ego correxi. *stellarum* veros ortus et Census intellige planetarum, quorum mentio facta fuerat in nocturno horoscopo, ut in diurno Phoebi. v. 511 *Quae* V. 1. C. L. (sed in hoc a corr.; fuerat *Quique*; sic V. 2. Ego correxi. v. 513 *Per quos* omnes. v. 515 *Annum* omnes. *mundi* V. 1. C. L.; sed in hoc sub rasura *mundu.* *mundum* V. 2. corr. B. v. 516 *atque illis* V. 1. C. L. *aliis* V. 2. corr. Scal. v. 518 *heroscopos* L. V. 2. v. 520 *tuos* omnes. corr. Scal. v. 528 *usque* omnes. v. 529 *omnis* V. 2. L. sed corr. *a.*

Conveniunt, seque ipse dies aliumque requiret,
Horaque non ulli similis producitur horae;
Tempora quod distant propriis parentia signis,
Per numeros omnis aevi divisa volantis,
Talesque efficiunt mentes casusque minantur,
Qualia sunt, quorum vicibus tum vertimur, astra.
Sunt, quibus et caeli placeat nascentis ab hora,
[Sidere, quem memorant horoscopon inventuros]
Parte quod ex illa describitur hora diebus,
Omne genus rationis agi per tempora et astra,
Et capite ex uno menses annosque diesque
Incipere atque horas, tradique sequentibus astris;
Et quamquam socia nascuntur origine cuncta,
Diversas tamen esse vices, quod tardius illa,
Haec citius peragant orbem. Venit omnis ad astrum
Hora die bis, mense dies semel, unus in anno
Mensis, et exactis bis sex iam mensibus annus.

A. v. 531 relinquit v. 533 T. consistunt — propriisque carentia v. 535 menses v. 536 dum v. 537 ut c. pateant nascentibus h. v. 538 quod v. 540 agit v. 541 capit v. 542 Incipit — traditque v. 545 peragunt v. 546 dies, bis v. 547 solibus annum

S. v. 531 requirit v. 533 sistant v. 535 menses v. 536 convertimur v. 537 pateat — horae v. 538 inventuros v. 545 peragunt v. 547 solibus

B. v. 531 revisit v. 533 quod non stant v. 535 efficiunt vires v. 537 ab ortu v. 538 inducit v. 545 peragunt

V. v. 531 *relinquit* V. 1. *reliquit* C. *requiret* L. (sed a corr. *i*) V. 2. nullus dies nec sibi nec alii similis est. v. 532 *nonnulli* omnes. v. 533 *quod sistant* V. 1. C. L. V. 2. G. Ego correxi. v. 534 *omnis* V. 2. L. (sed a corr. *e*) — *volantes* V. 1. L. (sed in hoc *e* a corr.) v. 535 *efficiunt menses* omnes. Ego correxi. Magis ex aliorum more foret rescribere, *mores*. Sed *mens* sensim cara esse coepit poëtis. v. 536 *dum* V. 1. C. *tum* V. 2. L. v. 537 *pateant* V. 1. *pateat* L. C. *placeat* V. 2. — *horae* omnes. Ego rescripsi, quia iam cum B. vs. sq. spurium iudico. v. 541 *caput ex uno* V. 2. L. *capit* V. 1. C. corr. Scal. v. 542 *traditque* omnes. corr. Scal. v. 545 *peragant* omnes. v. 546 *hora dies* V. 1. C. L. corr. Scal. *die* V. 2. v. 547 *solibus annum* corr. Scal. et B.

Difficile est, in idem tempus concurrere cuncta;
Unius ut signi pariter sit mensis et annus.

* * *

Asperioris agat mensem; si mensis in astrum
Laetius inciderit, signum sit triste diei;
Si fortuna diem foveat, sit durior hora.
Idcirco nihil in totum sibi credere fas est;
Non annos signis, menses vertentibus annis,
Mensibus aut luces, aut omnes lucibus horas;
Quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,
Et modo deest aliis, modo adest, vicibusque recedit,
Aut redit, atque alio mutatur tempore tempus
Interpellatum variata sorte dierum.
Et quoniam docui, per singula tempora vitae
Quod quandoque genus veniat, cuiusque sit astri
Quisque annus, cuius mensis, simul hora, diesque;
Altera nunc ratio, quae summam continet aevi,
Reddenda est, quot quaeque annos dare signa ferantur.
Quae tibi, cum finem vitae per sidera quaeris,
Respicienda manet ratio numerisque notanda.
Bis quinos annos Aries unumque triente
Fraudatum dabit. adpositis tu, Taure, duobus
Vincis; sed totidem Geminorum vinceris astro.
Tuque bis octonos, Cancer, binosque trientes;
Bisque novem, Nemeae, dabis bessemque sub illis;

A. v. 549 et sign v. 550 Asperiorem ut v. 551 signnm si v. 552 si dur. v. 554 signum v. 557 alius v. 559 variantum v. 560 duci v. 561 venit v. 567 trientem v. 571 bis sexqne

S. v. 555 Asperiorem ut v. 560 duxi v. 561 venit

B. v. 555 Asperiorem ut — vidit, ut ante Huetius, versum deesse. Supplevit ita: *Sic erit, ut mitis qui signi duxerit annum Asperioris agat*

V. v. 549 *et signi* omnes. corr. Scal. v. 550 *agam* omnes. v. 551 *si triste* v. 552 *si durior* omnes. corr. Scal. v. 554 *annos signi* omnes. corr. Scal. v. 557 *alius* omnes. corr. Scal. v. 559 *variatur* V. 1. *variatum* C. *variatam* V. 2. *variantam* L. *variata* G. v. 560 *duci* omnes. corr. B. v. 561 *venit* omnes. corr. B. v. 567 *trientem* omnes. corr. Scal.

Erigone geminatque decem, geminatque trientem;
Nec plures fuerint Librae, quam Virginis anni;
Scorpios aequabit tribuentem dona Leonem;
Centauri fuerint eadem quae munera Cancri;
Ter quinos, Capricorne, dares, si quattuor essent
Adpositi menses; triplicabit Aquarius annos
Quattuor, et menses vitam producet in octo.
Piscibus est Aries et sorte et finibus haerens;
Lustra decem tribuent soles cum mensibus octo.
  Nec satis est annos signorum noscere certos,
Ne lateat ratio finem quaerentibus aevi;
Templa quoque et partes caeli sua munera norunt,
Et proprias tribuunt certo discrimine summas,
Cum bene constiterit stellarum conditus ordo.
Sed mihi templorum tantum nunc iura canentur;
Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis;
Cum bene materies steterit per cognita rerum,
Non interpositis turbabitur undique membris.
Si bene constiterit primo sub cardine luna,
Qua redit in terras mundus, nascensque tenebit
Exortum, octonos decies ducetur in annos,
Si duo decedant. At cum sub culmine summo
Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
Bis quadragenis occasus dives in ortos

A. v. 575 quoque m. v. 579 ac Ar. v. 580 tribuet — solis
v. 591 Quod — tenebat v. 595 in actus

S. v. 579 ast Ar. v. 580 tribuet Solis v. 588 praecognita
v. 591 Quo v. 595 in actu

B. v. 579 Lanigero pisces — haerent v. 580 duo — solidis cum
v. 588 praecognita

V. v. v. 572 *nemee tribues* omnes; unde liberius correctum vides. Scal. suadet: *Nemea tribues*, sed non persuadet. v. 574 *Scorpios* omnes. v. 577 *triplicavit* omnes. v. 578 *producit* omnes. v. 579 *est Aries* omnes. v. 580 *tribuet* omnes. corr. B. Soles tribuent decem lustra. v. 586 *nunc tantum templorum* V. 2. v. 588 *per cognita* omnes. v. 589 *turbantur* omnes. (*tribuantur*. V. 1.) v. 591 *Quo* omnes. corr. B. — *tenebat* omnes. corr. Scal. v. 593 *Ni duo* V. 2. bene. v. 595 *in actus* omnes. corr. B.

Solus erat, numero nisi deesset olympias una;
Imaque tricenos bis fundamenta per annos
Censentur, bis sex adiectis mensibus aevo.
Quodque prius natum fuerit dextrumque trigonum,
Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos;
Quod fuerit laevum, praelataque signa sequetur,
Tricenos annos duplicat, tris insuper addit.
Quaeque super signum nascens a cardine primum
Tertia forma est, et summo iam proxima caelo,
Haec ter vicenos geminat, tris abstrahit annos.
Quaeque infra veniens, spatio divisa sub aequo,
Per quinquagenas complet sua munera brumas.
Quemque locum superat nascens horoscopos, ille
Dena quater revocat vertentis tempora solis,
Adcumulatque duos cursus, iuvenemque relinquit.
At qui praecedit surgentis cardinis horam,
Vicenos ternosque dabit nascentibus annos,
Vix degustatam rapiens sub flore iuventam.
Quod super occasus templum est, ter dena remittit
Annorum spatia, et decum[am tribus applicat auctis]
Inferius puerum interimet, bis sexque peracti
Immatura trahent natales corpora morti.

A. v. 596 Solis v. 597 Primaque v. 603 n. hoc ordine v. 606 venient v. 607 Ter v. 608 Quique v. 611 praecidit v. 614 tentatum est, dena v. 616 peractis v. 617 trahet natalis

S. v. 596 Solis v. 606 veniet v. 614 tentatum est, dena

B. v. 606 veniet v. 614 hoc dena v. 615 decimam tr. ampliat annis

V. v. 596 *Solis* omnes. corr. B. — *Olympia luna* (*olympo* V. 2.) omnes. v. 597 *Primaque* omnes. corr. Scal. v. 601 *sequentur* omnes. v. 602 *duplicant* omnes. *tris* V. 2. L. (sed a corr. *e*) v. 605 *Nec* omnes. — *tris* V. 2. L. (sed a corr. *e*) *abstrahat* omnes. v. 606 *veniens* omnes. v. 607 *Ter* omnes. v. 608 *horoscopos* V. 2. v. 611 *praecidit* omnes. corr. Scal. v. 614 *temptatum est dena* V. 1. C. L. *temptatum ter dena* V. 2. *templum* corr. B. v. 615 pars versus uncis inclusa deest in V. 2. et suppositam arbitror. — Idem vs. sq. haec tantum habet: *Interius puerum.* fortasse additamentum non minus falsum. v. 617 *trahant* V. 2. *corpore* V. 2. L.

Sed tamen in primis memori sunt mente notanda.
Partibus adversis quae surgunt condita signa,
Divisumque tenent aequo discrimine caelum;
Quae tropica adpellant, quod in illis quattuor anni
Tempora vertuntur signis nodosque resolvunt,
Totumque emutant converso cardine mundum,
Inducuntque novas operum rerumque figuras.
Cancer ad aestiva fulget fastigia zonae,
Extenditque diem summum, pariterque recessu
Destruit, et quanto fraudavit tempore luces,
In tantum noctes auget; stat summa per omnis.
Tum Cererem fragili properant destringere culmo,
Campus et in varias destringit membra palaestras,
Et trepidum pelagus tacitas tum languet in undas;
Tunc et bella fero tractantur Marte cruenta,
Nec Scythiam defendit hiems; Germania sicca
Iam tellure fugit, Nilusque tumescit in arva.
Hic rerum status est, Cancri cum sidere Phoebus
Solstitium facit et summo versatur Olympo.

A. v. 623 emittunt v. 626 parvoque rec. v. 627 noctes v. 628 luces v. 629 Cum — properat distringere v. 630 distringunt v. 631 tepidum — iactatis l. in undis v. 634 in auras v. 635 Hic iterum situs

S. v. 623 emittunt v. 626 parvoque rec. v. 627 ut quant. v. 628 augescat summa v. 629 properat — distinguere v. 630 destringunt v. 631 tepidum — iactatis l. in undis

B. v. 623 emittunt v. 626 parilique v. 627 at, quanto v. 628 p. omne v. 629 Tunc v. 630 Graius et in patrias denudat v. 631 tepidum — siccatis l. in undis v. 636 vectatur

V. v. 623 *emittunt* ceteri. *emutant* V. 2. v. 626 *parvoque* ceteri. *paritoque* V. 2. Ego correxi. v. 628 *omnis* V. 2. L. (sed in hoc a corr. *e*) v. 629 *Cum* ceteri, *Tum* V. 2. Solet sane M., sequente *c* *tunc* ponere, ut habet B. v. 630 *Campus* est Martius. prava interpunctio Bentleium fefellit. *destringunt* omnes. Falsum esse mihi certum est. An, *distinguit*? id est, colorat? v. 631 *Et templum* V. 2. *Et trepidum* ceteri; recte; timet enim, ne exarescat. *iactatum* omnes. Ego correxi. *in undas* omnes. v. 634 *in auras* V. 1. C. *in aura* V. 2. L. (sed a corr. appicta *s*) corr. Scal. v. 635 *Hinc iterum situs est* V. 1. C. *Hinc rerum status* L. (sed a corr. ut V. 1.) *Hinc rerum status est* V. 2. corr. Scal.

Parte ex adversa brumam Capricornus inertem
Per minimas cogit luces et maxima noctis
Tempora; producitque diem tenebrasque resolvit;
Inque vicem nunc damna legit, nunc tempora supplet.
Tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra;
Nec tolerant medias hiemes sudantia saxa,
Statque uno natura loco, paulumque quiescit.
Proxima in effectum et similis referentia motus
Esse ferunt noctes aequantia signa diebus.
Namque Aries Phoebum repetentem sidera Cancri
Inter principium reditus finemque coërcet,
Tempora diviso iungens concordia mundo,
Convertitque vices, victumque a sidere brumae
Exsuperare diem iubet et succumbere noctes,
Aestivi donec veniant ad sidera Cancri.
Tum primum miti pelagus consternitur unda,
Et varios audet flores emittere tellus.
Tunc pecudum volucrumque genus per pabula laeta
In Venerem partumque ruit, totumque canora
Voce nemus loquitur, frondemque virescit in omnem.
Vernis in tantum signis natura movetur.
Huic ex adverso simili cum sorte refulget
Libra, diem noctemque pari cum foedere ducens;

A. v. 638 noctes — lucis v. 640 d. facit, v. 642 horrentia v. 644 effectu simili v. 645 luces v. 649 ad sidera v. 652 muta v. 654 Tum v. 657 Viribus — segnis v. 659 ducit

S. v. 640 d. facit v. 644 effectu similes v. 649 ad sidera v. 657 Viribus — segnis

B. v. 637 brumae — inertis v. 638 surgit v. 640 d. facit v. 644 effectu v. 645 luces — tenebris v. 652 Tunc v. 655 pastumque v. 657 Viribus — segnis

V. v. 637 *brumae* omnes. v. 640 *damna legit* omnes. uti sitim, iram alia colligimus. v. 641 *fugit* C. V. 1. L. G. *figit* V. 2. v. 644 *in effectum* omnes. *et simili* omnes. corr. Scal. et B. v. 645 *luces* omnes. corr. Scal. v. 649 *ad sidera* L. C. V. 1. *a sidere* V. 2. v. 652 *Tunc* V. 1. *Tum* ceteri. v. 657 *Utribus* V. 2. ceteri, *Viribus*. Quod admodum languet. *signis* omnes. praeter G. Ego correxi. v. 659 *partitur* (*paritur* V. 2.) *foedera ducem* V. 2. C. L. Suspicor aliud aliquid latere, quam quod vulgata et G. inde effinxit.

Tantum quod victas usque ad se vincere noctes
Ex ipsa iubet ad brumae. Tum tempora vincit,
Tum Liber gravida descendit plenus ab ulmo,
Pinguiaque impressis despumant musta racemis,
Mandant et sulcis Cererem, dum terra tepore
Autumni resoluta patet, dum semina ducit.
Quattuor haec et in arte valent; ut tempora vertunt,
Sic hos aut illos rerum flectentia casus,
Nec quicquam in prima patientia sede manere.
    Sed non per totas aequa est versura figuras,
Omnia nec plenis flectuntur tempora signis.
Una dies sub utroque aequat sibi tempore noctem,
Dum Libra atque Aries autumnum verque figurant.
Una dies toto Cancri longissima signo,
Cui nox aequalis Capricorni sidere fertur.
Cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt.
Una ergo in tropicis pars est cernenda figuris,
Quae moveat mundum, quae rerum tempora mutet,
Facta novet, consulta alios declinet in usus,
Omnia in adversum flectat, contraque revolvat.
Has quidam vires octava in parte reponunt;
Sunt, quibus esse placet decimas; nec defuit auctor
Qui primae momenta daret frenosque dierum.

A. v. 661 ac Brumae cum — vincunt v. 666 et temp. v. 669 mensura v. 670 sidera v. 672 Nam v. 678 movet

S. v. 660 T. quo v. 661 ad brumam cum — vincunt v. 666 et temp. v. 667 atque il. v. 670 vertuntur sidera v. 672 Nam v. 678 Fata v. 679 momina

B. v. 661 ad brumam, cum t. vertit. v. 662 lenis v. 663 P. e pressis exsp. v. 671 sidere v. 681 decimam

V. v. 661 *ad brumae* omnes; nisi quod *ab rume* V. 2. — *cum vincat* V. 2. *quum vincit* V. 1. *tum vincit* L. C. G. Tum, Libra regente, Liber fronde pampinea vincire tempora dicitur. v. 665 *tum semina* V. 1. 2. L. C. *ducat* L. a corr. *ducunt. duxit* V. 1. C. *ducit* V. 2. v. 666 *ut temp.* V. 2. L. (sed a corr. *vel et*) v. 668 *Nec quiquam* V. 1. *Nequiquam* V. 2. *Necui quiquam* L. v. 670 *sidera* G. *vertuntur* G. v. 671 *tempore* omnes. v. 674 *Qui nox* omnes. v. 676 *gerdenda* V. 2. L. (sed a corr. *cernenda*) F. *quaerenda*. v. 677 *mutent* omnes. v. 678 *Facta movent* omnes. (sed a corr. L. *movens*) corr. Scal. et B.

LIBER QUARTUS.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemurque metu, caecaque cupidine rerum?
Aeternisque senes curis, dum quaerimus aevum,
Perdimus? Et nullo votorum fine beati
Victuros agimus semper, nec vivimus unquam?
Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit,
Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat;
Cumque sui parvos usus natura reposcat,
Materiam struimus magnae per vota ruinae,
Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas,
Et summum census pretium est, effundere censum.
Solvite, mortales, animos, curasque levate,
Totque supervacuis vitam deflere querelis.
Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora casus.

A. v. 4 perdidimus   v. 5 qui pl.   v. 15 cursus

S. v. 13 deplete   v. 15 cursus

B. v. 6 pararit   v. 8 sibi   v. 13 deplete   v. 15 singula per proprios

V. v. 4 Mallem: *In nullo — nec vivimus unquam.* Misere enim pendet oratio inter elocutionem et interrogationem. Sed ita innumeris locis defertur Manilius.   v. 6 *qui* omnes; fortasse vere; vide enim, quod modo notavi. corr. Scal.   v. 13 Nihil corrigendum censeo; per zeugma *levare* traducendum ad *deflere,* quasi scriptum sit: *desinite* deflere. Levis esset correctio: *Totne supervacuis vitam deflere querelis?*   v. 15 *cursus* ceteri; *casus* V. 2. et G. argute.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
Hinc et opes et regna fluunt, et saepius orta;
Paupertas, artesque datae, moresque creatis,
Et vitia, et clades, damna et compendia rerum.
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
Fortunamve suis invitam prendere votis,
Aut fugere instantem. sors est sua cuique ferenda.
Aut, nisi fata darent leges vitaeque necisque,
Fugissent ignes Aeneam? Troia sub uno
Non eversa viro fatis vicisset in ipsis?
Aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres?
Roma casis enata foret? Pecudumque magistri
In Capitolinos duxissent fulmina montis?
Includive sua potuisset Iuppiter arce?
Captus et a captis orbis foret? Igne sepulto
Vulneribus victor repetisset Mucius urbem?
Solus et oppositis clausisset Horatius armis
Pontem urbemque simul? Rupisset foedera virgo?
Tresque sub unius fratres virtute iacerent?
Nulla acies tantum vicit. Pendebat ab uno

A. v. 17 Tunc v. 18 creati — pendere v. 22 culpa fer. v. 23 At v. 24 Troiaque v. 27 Romaque sic v. 28 auxissent v. 30 C. vel caput hic v. 32 appositis v. 35 tunc evicit

S. v. 17 Tunc v. 18 creati v. 23 At v. 27 et nata v. 28 auxissent

B. v. 20 N. carere dato v. 23 An,

V. v. 17 *Tunc* omnes. (in L. sub rasura, *H*) corr. B. v. 18 *creati* ceteri; *creatis* V. 2. v. 19 antithesis flagitare videtur, ut non *clades* sed *dotes* vel *laudes vitiis* opponantur. Neque minus languet saepius *orta* paupertas. Suspicor, coniunctim esse scribendum: *saepius arta Paupertas artesque datae.* Sed hoc est hariolari. v. 20 nec caret damno nec potest parare negatum invitis astris. v. 23 *Ad* V. 2. L. (in hoc a corr. *t*) *Et* V. 1. C. Ego correxi. v. 24 *Fulsissent* L. C. V. 1. G. — *fatis in ipsis*, in ipso patriae interitu. V. 2. *statis.* v. 28 *auxissent* omnes. *flumina montis* omnes. v. 30 *captus et capitis* (*captis* G.) omnes. corr. Scal. — Mucius vulneribus (destillantem in hostili foculo dextram Sen. Ep. 24. nominat) ignem sepelivit. Conieceram aliquando: *Ignibus ultus Vulnera* (scribae inflicta) *bis victor* etc.

Roma viro, regnumque orbis sortita iacebat.
Quid referam Cannas, admotaque moenibus arma?
Postque tuos, Thrasimene, lacus Fabiumque morantem,
Varronemque fuga magnum, quod vivere posset,
Accepisse iugum victae Carthaginis arces?
Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis,
Exiliumque rei furtiva morte luisse?
Adde etiam Italicas acies, Romamque suismet
Pugnantem membris, adice et civilia bella;
Et Cumbrum in Mario, Mariumque in carcere victum,
Quod consul totiens exul, quod de exule consul
Adiacuit Libycis compar iactura ruinis,
Eque crepidinibus cepit Carthaginis orbem.
Hoc nisi fata darent, nunquam Fortuna tulisset.
Quis te Niliaco periturum litore, Magne,
Post victas Mithridatis opes pelagusque receptum,
Et tris emenso meritos ex orbe triumphos,
Cum iam etiam posses alium componere Magnum,
Crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis,

A. v. 38 post 39. v. 39 V. pigrum v. 40 victas v. 41 Spectatum v. 42 rogi v. 43 vires v. 46 exulque ex exule v. 47 Et iac. v. 48 Atque v. 53 cognoscere

S. v. 38 post 39. v. 39 Varronem profugum m. quam — posse v. 40 victas v. 42 Exilium Regi v. 43 vires Italas v. 46 exulque ex exule v. 47 Et iac. v. 48 urbem v. 53 cognoscere

B. v. 38 post 39. v. 38 morando v. 39 possit v. 40—43 incl. eiicit. v. 43 et utrimque Italas v. 45 Et Cinnam — in Caesare v. 47 Quod iac.

V. v. 38 post v. 39. Ego mutavi ordinem. v. 39 *V. pugum* omnes. corr. B. — *quam* — *possit* omnes. corr. B. *possit* tamen relinquens. v. 40 *victas* omnes. Sententia: Post Thrasimenum Varrumque Carthaginem cecidisse; cecidisse Hannibalem, quem nostris catenis speraveramus. v. 42 *regi* V. 1. L. C. *rogi* V. 2. *rei* G. v. 43 *italicas vires* V. 1. C. L. (a corr. *vires* add. *italus* auct. in *italicas*) *vires italas* G. *italas acies* V. 2. v. 45 *Cumbrum* V. 2. v. 46 *quod* (vel *quot*) *et exule* omnes. (sed *et* om. V. 2. add. a corr. in L.) corr. B. v. 47 *Adiacuit* V. 2. L. (sed a corr. *t*, quod habet C.) *Et* V. 1. v. 48 *Seque* omnes. corr. Scal. — *arces*. V. 1. G. L. C. *orbem* V. 2. v. 49 *umquam* V. 2. recte, si interrogative proferes. v. 52 *tris* V. 2. L. (a corr. *e*) v. 53 *componere* V. 2. L. Vox a gladiatoribus sumpta.

Eiectaeque rogum facerent fragmenta carinae?
Quis tantum mutare potest sine numine fati?
Ille etiam caelo genitus, caeloque receptus,
Cum bene compositis victor civilibus armis
Iura togae regeret, totiens praedicta cavere
Vulnera non potuit toto spectante senatu,
Indicium dextra retinens, nomenque cruore
Delevit proprio, possent ut vincere fata.
Quid numerem eversas urbes, regumque ruinas?
Inque rogo Croesum, Priamumque in litore truncum,
Cui nec Troia rogus? Quid Xerxem, maius et ipso
Naufragium pelago? Quid capto sanguine regem
Romanis positum? Raptosque ex ignibus ignes,
Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat?
Quot subitae veniunt validorum in corpora mortes?
Seque ipsae rursus fugiunt errantque per ignes,
Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris;
Atque his vita duplex, illis vix contigit una.
Ecce levis perimit morbus, graviorque remittit;
Succumbunt artes rationis; vincitur usus;
Cura nocet; cessare iuvat; mora saepe malorum
Dat causas; laeduntque cibi, parcuntque venena.
Degenerant nati patribus, vincuntque parentes,
Ingeniumque suum retinent; transitque per illum,
Ex illo fortuna venit; furit alter amore,
Et pontum tranare potest et vertere Troiam;
Alterius frons est scribendis legibus apta.
Ecce patrem nati perimunt, natosque parentes,
Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres;

A. v. 55 E collecta r. v. 66 captos agmine reges — positos

S. v. 81 sors

B. v. 63 rerumque v. 66 Graio sang. v. 68 quae v. 70 per omnes v. 81 sors

V. v. 55 *Electoque* V. 1. *Electaeque* V. 2. L. G. corr. Scal. v. 79. 80. Paridem intelligo. vs. sequente fortasse Helenam tangit; arte enim iungendi versus propter sequentia videntur. v. 81 *frons* omnes.

Non nostrum hoc bellum est; coguntur tanta moveri,
Inque suas ferri poenas lacerandaque membra.
Quod Decios non omne tulit, non omne Camillos
Tempus, et invictum devicta morte Catonem,
Materies in rem superat, sed lege repugnat.
Et neque paupertas breviores excipit annos,
Nec sunt immensis opibus venalia fata;
Sed rapit ex tecto funus fortuna superbo,
Indicitque rogum summis statuitque sepulcrum.
Quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis?
Quin etiam infelix virtus et noxia felix;
Et male consultis pretium est, prudentia fallit,
Nec fortuna probat causas, sequiturque merentis,
Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.
Scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,
Maius, et in proprias ducat mortalia leges,
Attribuatque suos ex se nascentibus annos,
Fortunaeque vices, promisca et saepe ferarum
Corpora cum membris hominum; non seminis ille
Partus erit; quid enim nobis commune ferisque?
Quisve in portenti noxam peccarit adulter?
Astra novant formas, caelumque interserit ora.
Denique si non est, fati cur traditur ordo?
Cunctaque temporibus certis ventura canuntur?
Nec tamen haec ratio facinus defendere pergit,
Virtutemve suis fraudare in proemia donis;
Nam neque mortiferas quisquam magis oderit herbas,

A. v. 84 movere v. 86 Et D. v. 91 exceptos — superbos v. 92 statuique v. 95 fallax v. 101 permiscet v. 110 minus

S. v. 91 ex sceptro v. 101 permiscet v. 110 minus

B. v. 84 scelus v. 87 invicta devictum mente v. 88 res lege v. 101 permiscet v. 105 interpolat v. 106 et 7 abiicit. v. 110 ederit

∴ v. 84 *moventur* ceteri. *moveri* G. v. 91 *exceptos — superbos* omnes. corr. Scal. et B. v. 96 *merentis* V. 2. v. 100 *Attribuitque* omnes. v. 101 *permiscet* omnes. Ego correxi. v. 104 *importent* omnes. v. 105 *hora* omnes. v. 110 *ederit* V. 1.

Quod non arbitrio veniunt, sed semine certo;
Gratia nec levior tribuetur dulcibus escis,
Quod natura dedit fruges, non ulla voluntas;
Sic hominum meritis tanto sit gloria maior,
Quod caelo gaudente venit; rursusque nocentis
Oderimus magis in culpam poenasque creatos;
Nec refert, scelus unde cadit; scelus esse fatendum.
Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.
Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo
Caelestis fabricare gradus, qui ducere flexo
Tramite prudentem valeant ad sidera vatem.
  Nunc tibi signorum mores summumque colorem
Et studia et varias artes ex ordine reddam.
Dives fecundis Aries in vellera lanis,
Exutusque novis rursum spem semper habebit,
Naufragiumque inter subitum censusque beatos
Crescendo cadet, et votis in damna feretur;
In iugulumque dabit fructus, et mille per artes
Vellera diversos ex se parientia quaestus:
Nunc glomerare rudis, nunc rursus solvere lanas,
Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas,
Nunc emere et varias in quaestum vendere vestes,
Quis sine non poterant ullae subsistere gentes
Vel sine luxuria. tantum est opus. ipsa suismet
Adseruit Pallas manibus dignumque putavit,

A. v. 114 menti v. 117 cadat v. 123 studii v. v. 125 rursus v. 128 vulgumque v. 130 gemere

S. v. 114 menti fit. v. 117 cadat v. 123 studii v. 125 rursus v. 127 natis

B. v. 113 nostra v. v. 114 gratia v. 117 cadat v. 119—21 inducit v. 125 Exuviisque novus v. 131 tela

V. v. 113 *nonnulla* omnes. v. 114 *mentis* V. 1. C. L. in hoc superscr. *meritis*. *eritis* V. 2. corr. B. v. 114 *fit* L. G. v. 117 *cadit* omnes. v. 120 *Caelestis* V. 2. L., sed a corr. *e*. v. 123 *studii* omnes. corr. B. v. 127 *cadit* omnes. v. 128 *vulgumque* V. 2. v. 130 *rudis* omnes. v. 132 *gemere* omnes; corr. Scal.

Seque in Arachneo magnam putat esse triumpho.
Haec studia, et similes dicet nascentibus artes;
Et dubia in trepido praecordia pectore finget,
Seque sua semper cupientia vendere laude.
Taurus simplicibus dotabit rura colonis,
Pacatique labor veniet; nec praemia laudis,
Sed terrae tribuet partus. summittit in astris
Colla, ingumque suis poscit cervicibus ipse.
Ille suis Phoebi portat cum cornibus orbem,
Militiam indicit terris, et segnia rura
In veteres revocat cultus, dux ipse laboris;
Nec iacet in sulcis, solvitque in pulvere pectus;
Serranos, Curiosque tulit, fascesque per arva
Tradidit, eque suo dictator venit aratro.
Laudis amor, tacitae mentes, et corpora tarda
Mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido.
  Mollius e geminis studium est et mitior aetas
Per varios cantus, modulataque vocibus ora,
Et gracilis calamos, et nervis insita verba
Ingenitumque sonum; labor est etiam ipsa voluptas;
Arma procul lituosque volunt tristemque senectam;
Otia et aeternam peragunt in amore iuventam.
Inveniunt et in astra vias, numerisque modisque

A. v. 136 Arachnea magnum — triumphum v. 138 figet v. 140 donavit v. 141 Pacatisque — patientia v. 142 aratris v. 148 facilesque v. 155 Ingentemque v. 157 in morte

S. v. 136 Arachnea magnum — triumphum v. 138 in *om.* v. 140 donabit v. 141 Pacatisque v. 142 aratris v. 157 in morte

B. v. 136 Arachnea magnum portasse triumphum v. 140 dictabit v. 145 dicit v. 147 volvitque

V. v. 136 *araneo* V. 1. C. L. *inarachneo* V. 2. (eras. *ch* in L.) *magnum* V. 1. C. L. (sed a corr.; fuerat, *magnam*) *magnam* V. 2. *triumphum* omnes. Ego correxi. v. 138 *figum* V. 2. *figunt* V. 1. C. *signum* G. L. (superscr. *figunt*) corr. Scal. v. 140 *donavit* V. 1. C. *dotavit* L. V. 2. v. 141 *Pacatque* V. 2. *pacati* ceteri. v. 142 *sum* (cetera desunt) V. 2. *in antris* V. 1. C. L. G. corr. B. v. 148 *faciesque* V. 1. C. *facesque* V. 2. L. *per aura* omnes. corr. Scal. v. 152 *Mollior* V. 1. C. *Mollibus*. L. V. 2. v. 154 *gracilis* V. 2. L. (a corr. *e*.) v. 157 *in morte* omnes. corr. B.

Consummant orbem, postque ipsos sidera linquunt.
Natura ingenio minor est perque omnia servit.
In tot fecundi Gemini commenta feruntur.
    Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam,
Qua Phoebus summis revocatus curribus ambit,
Articulum mundi retinet lucisque reflectit.
Ille tenax animi, nullosque effusus in usus,
Attribuit varios quaestus artemque lucrorum:
Merce peregrina fortunam ferre per urbes,
Et gravia annonae speculantem incendia ventis
Credere opes, orbique orbis bona vendere posse,
Totque per ignotas commercia iungere terras,
Atque alio sub sole novas exquirere census,
Et rerum pretio subitos componere praedas,
Navigat; et celeris optando sortibus annos
Dulcibus usuris, aequo quoque, tempora vendit.
Ingenium sollers suaque in compendia pugnax.
    Quis dubitet, vasti quae sit natura Leonis,
Quasque suo dictet signo nascentibus artes?
Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum
Apparat, et spolio vivit pecorumque rapinis.
Hoc habet, hoc studium, postis ornare superbis
Pellibus, et captas domibus praefigere praedas,
Et pacare metu silvas, et vivere rapto.

A. v. 159 Consumant — postquam v. 162 et ardenti — victum v. 163 Quem v. 168 annosae — mentis v. 169 orbisque orbi v. 173 sterilis v. 179 pecorum spolio vivitque v. 180 superbos v. 181 configere v. 182 purgare

S. v. 159 postquam v. 162 vittam v. 163 Quam v. 169 orbisque orbi v. 179 ut A. v. 180 superbos

B. v. 163 Quam v. 180 Hic labor — superbos

V. v. 159 *postquam* omnes. corr. B. v. 162 *victam* V. 1. 2. C. L. corr. B. v. 163 *Quam* omnes. Ego correxi. v. 164 *lucisque* omnes. v. 169 *orbisque orbi* omnes. corr. B. v. 173 *sceleris* V. 1. C. L. *celeris* V. 2. v. 174 *aequoque* omnes. (*aequo quod* V. 1.) v. 179 *spolio nūc pecorumque* V. 2. unde corr. B. ceteri, ut A. v. 180 *positis* — *superbis* omnes. Fortasse parendum erat vulgatae, *superbos* ex more poëtarum. v. 182 *vivere victor* omnes.

Sunt, quorum similes animos nec moenia frenent
Sed pecudum membris media grassentur in urbe,
Et laceros artus suspendant fronte tabernae,
Luxuriaeque parent caedem, mortesque lucrentur.
Ingenium ad subitas iras facilisque receptus
Aequale et puro sententia pectore simplex.
At quibus Erigone dixit nascentibus aevum,
Ore magis tenero, nodoque coërcita virgo
Ad studium ducet mores, et pectora doctis
Artibus instituet; nec tam compendia census,
Quam causas viresque dabit perquirere rerum.
Illa decus linguae faciet, regnumque loquendi,
Atque oculos mentis, qui possint cernere cuncta,
Quamvis occultis naturae condita causis.
Hinc et scriptor erit velox, cui litera verbum est,
Quique notis linguam superet cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.
In vitio, bonus in teneros, pudor impedit annos,

A. v. 184 pecorum v. 187 recessus v. 188 puero v. 190 magisterio nudosque v. 191 ducit v. 192 instituit v. 194 Ille v. 195 qua possit v. 197 Hic — foelix v. 198 cursumque v. 199 Excipiet v. 200 et tener.

S. v. 184 pecorum v. 187 recessus v. 188 est puero v. 190 Ora magisterio nudosque v. 191 ducit v. 192 instituit v. 195 quae possit v. 197 Hic v. 200 bonus: at

B. v. 184 in mortes — grassantur v. 185 Ut v. 186 coenam — moresque v. 190 Apta magisterio v. 191 Ab studio v. 197 Hic v. 200 Ingenio — at

V. v. 183 *frenis* omnes. — *pecudum* V. 2. *pecorum* ceteri. v. 186 *moresque* L. V. 1. G. Ven. *mortesque* V. 2 *Luxuriae* dativus est; caedi mortes respondent; sed etiam altera lectio commoda. v. 187 *facilis* V. 2. L. (sed a corr. *e*) *recensus* V. 2. L. (in hoc a corr. *recessus*) sic V. 1. C. corr. B. v. 188 *puero* ceteri; *puro* V. 1. v. 189 *A quibus* omnes. corr. Scal. v. 190 *Opta* V. 2. *Ora* L. *magisterio* omnes. Ego correxi. Et naturae virginis aptum est et signo, quod vultu ἄμαυρον vocat Eratosth. — *nudosque* omnes. corr. Scal. et B. ad virginalem habitum simpliciter refero. v. 191 *ducit* omnes. corr. B. v. 192 *instituet* V. 2. L. v. 194 *Illa* V. 2. ceteri *Ille.* v. 195 *menti* V. 1. C. L. *mentis* V. 2. *qua* L. C. V. 1. *qui* V. 2. *possit* omnes. corr. B. v. 197 *Hinc* omnes. v. 198 deest in V. 2. *cursimque* L. C. v. 200 *bonas* V. 2. L. (in hoc a corr. *u*) *ut teneros* omnes, praeter V. 2., in quo, *inteneros*. Unde ego reduxi. Argutam M. orationem novimus.

Magnaque naturae cohibendo munera fraenat.
Nec fecundus erit (quid mirum in Virgine?) partus.
  Librantes noctem Chelae cum tempore lucis,
Per nova maturi post annum munera Bacchi,
Mensurae tribuent usus ac pondera rerum,
Et Palamedeis certantem viribus ortum,
Qui primus numeros rebus, qui nomina summis
Imposuit, certumque modum propriasque figuras.
Hic etiam legum tabulas et condita iura
Noverit, atque notis levibus pendentia verba,
Et licitum sciet et vetitum quae poena sequetur,
Perpetuus populi privato in limine praetor.
Non alio potius genitus sit Servius astro.
[Qui leges potius posuit, cum iura retexit]
Denique in ambiguo fuerit quodcunque locatum
Et rectoris egens, diriment examina Librae.
  Scorpion armat uti violenta cuspide cauda,
Qua, sua cum Phoebi currum per sidera ducit,
Rimatur terras et sulcis semina miscet,
In bellum ardentis animos et Martia castra
Efficit, et multum gaudentem sanguine civem;

A. v. 202 Hinc — quod v. 204 addunt m. v. 205 et trib. — et p. v. 207 munera s. v. 209 Hinc v. 211 sequatur v. 216 dirimunt v. 217 Scorpius armata

S. v. 202 Hinc — quod v. 204 tempora v. 205 et p. v. 207 momina v. 211 sequatur v. 217 Scorpios armata v. 218 Qui v. 221 multo

B. v. 204 Cum n. m. gustamus v. 210 aque v. 211 sequatur v. 214 proprias p. cum v. 217 Scorpios armatae metuendus — caudae v. 220 M. corda v. 221 multo — s. Syllam

V. v. 202 *Haec* V. 1. C. *Nec* L. V. 2. G. *quod* ceteri; *quid* V. 2. Unde corr. B. v. 203 *Libantes* omnes. v. 204 *pus amu* V. 2. *Per* est propter. Libra propter nova vina tribuit etc. v. 205 *Mensura et* V. 2. *Mensurae et* V. 1. om. *et* L. G. *ac* omnes. v. 211 *sequetur* omnes. quod eximere nolui, ob locos similes. v. 212 *lumine* omnes. v. 214 *legem* V. 1. C. — *quam* V. 1. C. L. (sed a corr.; fuerat, *cum*,) ut V. 2. Versum spurium arbitror. v. 217 *Scorpion* omnes. *armata* V. 1. C. L. *armati* V. 2. Ego correxi. a violenta cuspide, ut in Libra a novo vino, mores deducit. Ut Scorpion cauda armat, ita efficit animos ardentes. v. 218 *Qua* omnes. v. 220 *ardentis* omnes. v. 221 *multum* omnes.

Nec praeda, quam caede magis. quin ipsa sub armis
Pax agitur; capiunt saltus, silvasque pererrant,
Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum,
Nunc caput in mortem vendunt et funus arenae
Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.
Sunt, quibus et simulacra placent et ludus in armis,
(Tantus amor pugnae est,) discuntque per otia bellum,
Et quodcunque pari studium producitur arte.
At quibus in bifero Centauri corpore sors est
Nascendi concessa, libet subiungere currus,
Ardentis et equos ad mollia ducere frena,
Et totis armenta sequi pascentia campis;
Quadrupedum omne genus positis domitare magistris,
Exorare tigris, rabiemque auferre leoni,
Cumque elephante loqui, tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad spectacula molem.
Quippe ferae mixtum est hominis per sidera corpus,
Impositumque manet; quocirca regnat in illas.
Quoque intenta gerit curvato spicula cornu,
Et nervos tribuit membris, et acumina cordi,
Et celeres motus, nec delassabile pectus.
Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes.
Hinc artes studiumque trahit; nam quicquid in usus
Ignis eget, poscitque novas ad munera flammas,

A. v. 222 cumque v. 232 coniungere v. 240 illos v. 241 Quodque v. 243 Festinos — foves v. 244 trahis v. 245 agit

S. v. 222 quumque v. 240 Quodque v. 244 trahis v. 245 agit

B. v. 229 nepae st. — astro. v. 230 quis semifero v. 235 exarmare v. 236 docendo v. 240 Quodque v. 244 trahis v. 245 munia

V. v. 222 *quin* omnes. v. 230 *inbifero* appicta *r*, ut esset, *imbrifero*. *Biferum* dicit Centaurum, quia duarum ferarum partes habet, crura equina et caudam Satyri. cf. Erath. Catast. 28. et Hygin. c. 27. v. 232 *Ardentis* V. 2. L. (sed a corr. *e*.) v. 239 *Impostumque* V. 2. v. 240 *Quoque* omnes. per attractionem. v. 243 *Festivos* V. 1. C. *Restat uos* V. 2. *Vastat uos* (a corr. *Vesta tuos*) L. corr. ex G. Scal. v. 244 *trahit* omnes. non minus recte. v. 245 *agit* V. 1. C. L. (sed a corr.; fuerat, *eget*) quod habet V. 2. — *ad numina* V. 1. *numera* V. 2. *flumina* L. (a corr. *munera*)

Sub te censendum est: scrutari caeca metalla,
Depositas et opes terramque exurere venis,
Materiamque manu certa duplicari et arte,
Quicquid et argento fabricetur, quicquid et auro,
Quod ferrum calidi solvant atque aera camini,
Consummentque foci Cererem, tua munera surgent.
Addis et in vestes studium mercemque fugacem,
Frigore brumalem servans per saecula sortem,
Qua retrahis ductas summa ad fastigia noctis,
Nascentemque facis revocatis lucibus annum.
Hinc et mobilitas rerum mutataque saepe
Mens natat; et melior iuncta sub priste senecta est,
Pars prior at Veneri mixto cum crimine servit.
Ille quoque, inflexa fontem qui proiicit urna,
Cognatas tribuit iuvenalis Aquarius artes:
Cernere sub terris undas, inducere terris,
Ipsaque conversis aspergere fluctibus astra,
Litoribusque novis per luxum illudere ponto,
Et varios fabricare lacos, et flumina ficta,
Et peregrinantes domibus suspendere rivos, —
Mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda;
Quippe etiam mundi faciem, sedesque movebit

A. v. 247 terraeque — venas v. 248 duplicarier v. 251 Consumentque v. 253 p. sidera v. 256 Hic v. 257 Pisce v. 258 et V. v. 260 iuvenilis v. 263 ludere v. 264 lacus v. 266 undae

S. v. 247 terraeque — venas v. 248 duplicarier v. 251 Consumantque v. 253 p. sidera v. 257 at mel. iuncto — Pisce v. 260 iuvenilis v. 263 ludere v. 264 lacus — post vs. 266 sequitur 269.

B. v. 247 terrarum exquirere v. 248 abiicit. v. 255 foves v. 257 at mel. v. 260 iuvenilis v. 264 lacus

V. v. 247 *terramque exurere venis* omnes. v. 248 *duplicari et* omnes. bractearios describit, ut iam viderat Fr. Iunius; cf. Firmicum VIII, 28. et aliis locis multis. v. 251 *Consummentque* V. 2. v. 253 *per saecula* omnes. v. 254 *noctis* V. 2. L. (sed a corr. *e.*) v. 256 *Hic* omnes. — *mutataque* omnes. v. 257 *iuncta sub pisce* omnes. corr. B. — *et* omnes. v. 258 *et* omnes. corr. Scal. v. 260 *iuvenalis* V. 2. L. (sed a corr *i.*) v. 264 *lacos* V. 2. Solita forma in aquis.

Sidereas, caelumque novum versabit in orbem.
Quae per aquas veniunt operum pontisque sequuntur
Mite genus, dulcesque fluunt a sidere partus;
Pectora nec sordent, faciles in damna feruntur;
Nec deest, nec superest census; sic profluit urna.
 Ultima, quos gemini producunt sidera Pisces,
His erit in pontum studium, vitamque profundo
Credent, et puppes aut puppibus arma parabunt,
Quicquid et in proprios pelagus desiderat usus.
Innumerae veniunt artes; vix nomina rebus
Sufficiunt; tot sunt parvae quoque membra carinae.
Adde gubernandi studium. pervenit in astra
Et pontum caelo vincit. et noverit orbem,
Fluminaque et portus mundi ventosque necesse est.
Iamque huc atque illuc agilem convertere clavum,
Et frenare ratem, fluctusque effindere rectos,
Aut remis agere et lentas inflectere tonsas;
Quid, placidum ductis everrere retibus aequor
Litoribusque suis populos exponere captos,
Aut uncos celare cibis, aut carcere fraudem,
Navalis etiam pugnas, pendentia bella
Attribuunt, pelagique infectos sanguine fluctus.
Fecundum genus est natis, et amica voluptas,
Et celeres motus, mutataque cuncta per aevum.

A. v. 269 portisque v. 270 ad sidera v. 280 coniunxit. noverit v. 282 caligine v. v. 285 Et — evertere v. 290 nautis

S. v. 270 ab sid. v. 278 quot v. 280 coniunxit. noverit v. 284 remos agitare — flectere v. 285 Et — inductis

B. v. 269 abiicit. v. 270 ab s. v. 280 coniunxit. nov. v. 284 remos agitare — flectere v. 285 Et — inductis

V. v. 269 Scal. recte posuit post vs. 266. v. 270 *ad sidera* omnes. corr. Scal. v. 280 *vincit et noverit* omnes. v. 282 *huc atque huc caliginem* V. 2. C. L. (sed *caligine* V. 2.) *huc illuc* V. 1. corr. Scal. ex G. Sed liberius refictum arbitror. v. 283 *effundere* omnes. (sed rasura effictum *i* in L.) v. 284 Sic omnes. Scat. et B. dederunt lectionem G. interpolatam. v. 285 *Quid* omnes. — *everrere* V. 2. — *ductis* omnes. v. 288 *Navalis* V. 2. L. (a corr. *s*.) v. 290 *natis* V. 2. L. (a corr. *u* add.) *nautis* V. 1. C.

Hos tribuunt mores atque has nascentibus artes
Bis sex materia propria pollentia signa.
Sed nihil in semet totum valet; omnia vires
Cum certis sociant signis sub partibus aequis,
Et velut hospitio mundi commercia iungunt,
Conceduntque suas partis retinentibus astris.
Quam partem indigenae dixere Decania gentes
A numero nomen positum est, quod partibus astra
Condita tricenis triplici sub sorte feruntur,
Et tribuunt denas in se coëuntibus astris,
Inque vicem ternis habitantur sidera signis.
Sic altis natura manet conspecta tenebris,
Et verum in caeco est, multaque ambagine rerum.
Nec brevis est usus, nec amat compendia caelum,
Verum aliis alia opposita est et fallit imago,
Mentiturque suas vires et nomina celat.
Quae tibi non oculis, alta sed mente fuganda est
Caligo, penitusque deus, non fronte notandus.
Nunc quae sint coniuncta quibus, quove ordine, reddam,
Ne lateant aliae vires aliena per astra.
Namque Aries primam partem sibi vindicat ipsi,
Altera sors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
Sic in ter denas divisum ducitur astrum,
Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit.
Diversa in Tauro ratio est; nec parte sub illa

A. v. 298 p. decimam v. 300 propria v. 303 consepta v. 304 caelo v. 309 decus v. 312 Astrorum princeps pr. sibi vind. partem v. 314 inter densas v. 315 Tot ducit — quot quotque

S. v. 298 decimam v. 303 consepta v. 307 momina v. 308 oculit

B. v. 293 natura v. 295 sortibus v. 298 Quapropter Graiae v. 303 consepta v. 307 munia v. 314 inter trinos v. 316 sorte — ulla

V. v. 297 *partis* (sed *e* a corr.) L. v. 298 *degant ditem decanica* V. 1. *degane* — *decanica* V. 2. C. L. (in hoc *deganae* superscr. *c*). Ego correxi. v. 299 *numen* omnes. v. 303 *conspecta* omnes. v. 308 *alia* omnes. v. 312 deest in V. 1. 2. C. — G. et L. praebent, ut carmina habent. Utramque lectionem et hanc et vulgatam librariorum ingenio debere videmur. v. 314 *inter densas* V. 1. C. L. G. *denas* V. 2. *dicitur* omnes. corr. Scal.

Censetur. Cancro primam, mediamque Leoni,
Extremam Erigonae tribuit. natura per astrum
Stat tamen, et proprias miscet per singula vires.
Libra decem partes Geminorum prima capessit;
Scorpius adiunctas, Centauri tertia pars est.
Nec quisquam numero discernitur; ordine cedit.
Cancer in adversum Capricorni dirigit astrum,
Bis quinas primum partes dignatus in illo
Temporis articulo, sub quo censetur et ipse;
Quod facit aequales luces brumalibus umbris,
Cognatamque gerit diverso in cardine legem.
Alterius partis perfundit Aquarius ignes;
Quem subeunt Pisces extremo sidere Cancri.
At Leo consortis meminit sub lege trigoni,
Lanigerumque ducem recipis, Taurumque quadrato
Coniunctum sibi; sub Geminis pars tertia fertur;
Hos quoque contingit per senos linea flexos.
Praecipuum Erigone Cancro concedit honorem,
Cui primam tribuit partem; vicina relicta est
Vicino, Nemeaee, tibi; pars ipsius ima est,
Quae fastidito concessa est iure potiri.
Sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem
Noctes atque dies diverso in tempore secum
Lanigerum sequitur; veris iuga temperat ille,
Haec autumnalis componit lucibus horas.

A. v. 321 adiuncta — parte v. 324 dignatur v. 333 coniungit — flexus v. 335 Cum tribuit v. 336 una v. 340 temperet illa v. 341 Hic — lucidus

S. v. 321 adiunctam. v. 333 coniungit — flexus v. 335 tribuit pr.

B. v. 321 sors v. 328 sortis v. 332 sors v. 333 coniungit — flexus v. 335 sortem v. 336 sors

V. v. 318 *Erigonem* omnes. v. 321 *adiuncta* omnes. *parte* V. 1. C. L. (sed in hoc erasa *s*) *partes* V. 2. G. corr. Scal. etB. v. 326 *undas* V. 1. *undis* V. 2. L. C. v. 328 *perfundat* V. 1. *perfundet* V. 2. L. (sed a corr. *i*) v. 333 *contingit* omnes. *flexos* omnes. (praeter *flexus* V. 1.) Non minus recte. v. 335 *Cui primam trib.* V. 2. v. 340 *verbis* omnes. v. 341 *autumnalis* omnes. — *lucidus* L. C. *luculus* V. 2. *lucibus* V. 1. corr. Scal.

Nulli concedit primam, traditque sequenti
Vicinam partem; Centauri tertia summa est.
Scorpios in prima Capricornum parte locavit;
Alterius dominum fecit, cui nomen ab undis;
Extremas voluit partes sub Piscibus esse.
At qui contento minitatur spicula nervo,
Lanigero primas tradit sub iure trigoni,
Et medias Tauro partis, Geminisque supremas.
Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi,
Sed munus reddit Cancro, recipitque receptus,
Principiumque sui donat; coniuncta Leoni
Regna ferunt, summas partis et Virginis esse.
Fontibus aeternis gaudens urnaque fluenti
Iura sui Librae permittit prima regenda;
Haerentisque decem partis Nepa vindicat ipsi;
Summas Centaurus retinet iuvenale per astrum.
Iam superant gemini Pisces, qui sidera claudunt,
Lanigero primos tradunt in finibus usus;
Perque decem medias partes tu, Taure, receptus.
Quod superest, ipsi sumunt, utque orbe feruntur
Extremo, sic et sortis pars ultima cedit.

A. v. 345 cui n. fecit v. 356 nota v. v. 357 iuvenile v. 361 atque

S. v. 345 qui nomen fecit v. 352 Leonis v. 353 at v. 357 iuvenile v. 361 atque

B. v. 343 sortem v. 344 sorte v. 352 leonis v. 353 at v. 357 iuvenile

V. v. 345 *fecit, cui nomen* V. 2. *cui nomen fecit* ceteri. — vs. 343 et 44. codd. omnes collocant post vs. 348. *Scorpios* vs. 344. omnes. v. 349 *partis* V. 2. L. (*e* a corr.) v. 350 *ingrati* V. 2. idemque in L. fuerat; sec. manus inde fecit, *ingratus*. Suspicor: *Nec manet ingrati Capricornus crimine turpis*. Haec ad Tiberium pertinent. v. 352 *Leoni* omnes. v. 353 *partis* V. 2. L. (sed a corr. *e*.) *et* omnes. v. 356 *Haerentisque* omnes. *partis* V. 2. L. (sed a corr. *e*) — *nota* omnes. corr. Scal. Nempe, ut III, 419. *numerus* erat scriptus, quia solvere librarius non potuerat, qualis esset numerus; ita hic, ubi *nota* Scorpii erat scripta, cum nomen in versum referri non posse videretur, *notam* pro nomine dederunt. v. 357 *iuvenalr* V. 2. C. L. (sed in hoc a corr. i.) v. 361 *sumunt quae orbe* V. 2. L. (sed in hoc a corr. *atque*) sic V. 1. C. G. corr. B.

Haec ratio retegit latitantis robora mundi,
In plurisque modos repetitaque nomina caelum
Dividit, et melius sociat, quo saepius, orbem.
Nec tua sub titulis fallantur pectora notis;
Dissimulant, non ostentant mortalibus astra.
Altius est acies animi mittenda sagacis,
Inque alio quaerenda manent, iunctisque sequendum
Viribus. et cuius signi quis parte creatur,
Eius habet mores, atque illo nascitur astro.
Talis per denas sortes natura feretur.
Testis erit varius sub eodem sidere fetus,
Quodque in tam multis animantum milibus, uno
Quae veniunt signo, tot sunt quot corpora mores;
Et genus externum referunt aliena per astra,
Confusique fluunt partus hominum atque ferarum;
Scilicet in partis iunguntur condita plures,
Diversasque ferunt proprio sub nomine leges.
Nec tantum lanas Aries, nec Taurus aratra,
Nec Gemini musas, nec merces Cancer amabit,
Nec Leo venator veniet, nec Virgo magistra,
Mensuris aut Libra potens, aut Scorpius armis,
Centaurusque feris, igni Capricornus, et undis
Ipse suis Iuvenis, geminique per aequora Pisces;
Mixta sed in pluris sociantur sidera vires.
Multum, inquis, tenuemque iubes me ferre laborem,

A. v. 365 quoque v. 366 Ne — **noctis** v. 367 **ostendunt** v. 369 manet v. 387 in quis

S. v. 366 Ne v. 367 **ostendunt** v. 369 **alto** — vss. 388 **sequitur** post vs. 396.

B. v. 364 munia v. 367 se ost. v. 369 sequentum v. 370 sorte v. 378 sortes

V. v. 364 *plurisque* V. 2. L. (sed a corr. *e.*) — *repetit atque* V. 2. L. C. *repetit quae* V. 1. v. 366 *Haec* V. 1. *Nec* ceteri. — *nodis* omnes. v. 367 *ostentur* omnes. corr. B. sed *se* non ab eo recepi. *ostentum* coniicit Scal. v. 369 *quaerendo* V. 2. L. — *mala quid* V. 2. *mali quod est* L. (sed a corr. del. *quod est.*) *mali iunctis* V. 1. C. — corr. Scal. v. 378 *partis* V. 2. L. (ut semper, a corr. *e.*) v. 381 *amavit* omnes. v. 385 *Ipse tui* omnes. v. 386 *pluris* V. 2. L. v. 387 *Vultum* omnes.

Rursus et in magna mergis caligine mentem,
Cernere cum facili lucem ratione viderer.
Quod quaeris, deus est; conaris scandere caelum,
Fataque fatali genitus cognoscere lege,
Et transire tuum pectus, mundoque potiri.
Pro pretio labor est; nec sunt immunia tanta.
Ne mirere viae flexus, rerumque catenas.
Admitti potuisse sat est. Sint cetera nostra;
At nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
Obstabitque suis opibus superaddita tellus.
Ut veniant gemmae, totus transibitur orbis?
Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit?
Annua solliciti consumment vota coloni?
Et quanta mercedis erunt solatia ruris?
Quo remis luctum naves, Martemque sequuntur
In praedas? Pudent tanto bona velle caduca!
Luxuriae quoque militia est, vigilatque ruinis
Venter, et ut pereant, suspirant saepe nepotes.
Quid caelo dabimus? quantum est, quo veneat omne?
Impendendus homo est, deus esse ut possit in ipso;
Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.
Nec satis est. signis dominantia discere signa
Per denos numeros, et quae sint insita cuique;
Sed proprias partes ipsas spectare memento,

A. v. 394 Nec v. 395 sunt v. 399 sequitur post vs. 396. v. 400 consumant v. 401 fallacia rura v. 402 Quaeremus l. navis mortemque sequemur. v. 406 quod veniat

S. v. 394 Nec v. 395 sunt v. 400 consummant v. 401 Ecquantae — fallacia rura v. 402 Quaeremus — navi — sequemur v. 404 vigil, atque

B. v. 394 Nec v. 398 eiicit. v. 400 consuminant v. 401 fallacia rura v. 402 ut S. v. 404 culinis

V. v. 388 omnes habent post vs. 396. reposuit B. v. 394 *Ne* V. 2. *Nec* ceteri. v. 395 *Sint* omnes. reposuit B. Oratio concedentis est. v. 398 *geminae* vel *gennae* omnes. v. 400 *consummant* L. *consumment* V. 2. Quod inter media futura praefero. v. 401 *Sollacia* V. 2. *ruris* L. Quod recepi. v. 402 *Que remus* V. 2. *naves* omnes. *sequuntur* V. 2. Ego correxi. v. 406 Correxit Scal. *et conspirat* V. 2. *omne* est mundus universus.

Vel glacie rigidas, vel quas exusserat ignis,
Et sterilis utroque, tumet qua largior humor,
Quaque minor rivos torret; namque omnia mixtis
Viribus, et vario consurgunt sidera textu.
Est aequale nihil; terrenos aspice tractus,
Et maris, et ruptis fugientia flumina ripis;
Crimen ubique frequens, et laudi noxia iuncta est.
Sic sterilis terris laetis intervenit annus,
Ac subito rumpit parvo discrimine foedus!
Et modo portus erat pelagi, iam vasta Charybdis,
Laudatique cadit post paulum gratia ponti,
Et nunc per scopulos, nunc campis labitur amnis,
Aut faciens iter aut quaerens uritve reditve.
Sic etiam caeli partes variantur in astris.
Ut signum a signo, sic a se discrepat ipsum,
Momentoque negat vires usumque salubrem,
Quodque per has geritur partes, sine fruge creatur,
Aut cadit, aut multis sentit bona mixta querelis.
Hae mihi signandae proprio sunt carmine partes.
Sed quis tot numeros totiens sub lege referre,

A. v. 413 tamen, quas v. 414 m. iam sucus obit v. 417 notis fug. v. 420 subitos — foetus v. 421 facta Ch. v. 423 campos — annis v. 424 venitve v. 426 ipsum v. 427 utroque salubris

S. v. 412 exusserit v. 413 tamen, quas v. 414 Quasque m. iam sucus obit v. 417 notis f. v. 420 subitos — foetus v. 421 facta v. 423 campos v. 427 victumque

B. v. 412 exusserit v. 413 utroque modo, quis — Quisve m. iusto nocuit v. 417 pronis — rivis v. 419 sterilis laetis rubigo — arvis v. 420 perimit parvos — foetus v. 424 curritve v. 427 auramque

V. v. 412 *exusserat* omnes. v. 413 *tamen quas* omnes. Ego correxi. v. 414 *Quaque minoribus cuit* V. 1. L. C. *minor ibi tonit* V. 2. Ego correxi. v. 417 *et partis* vel *partes* omnes. Ego correxi. v. 419 *arvis* omnes. Possis etiam: Et *terra* sterilis — arvis; vel: Et sterilis *tribulus* — arvis. sed cf. vs. sq. v. 420 *subito* omnes. *foetus* omnes. Ego correxi. annus parvo discrimine foedus naturae rumpit. Omnia enim haec ad fruges referuntur. v. 421 *vasta* V. 2. v. 423 *campis* V. 2. L. v. 424 F. *serpitve.* v. 427 *utroque sal.* V. 1. C. *utrumque* L. Venetus. *victumque* G. *usumque* V. 2. v. 429 *cadit* in antithetum peccat; suspicor, *favet.*

Tot partes iterare queat, tot dicere summas,
Perque artis causas faciem mutare loquendi?
Incipimus? Sed verba piget; sed gratia deerit;
In vanumque labor cedit, quem despicit auris,
Sed mihi per carmen fatalia iura ferenti,
Et sacros caeli motus, ad iussa loquendum est;
Nec fingenda datur, tantum monstranda figura;
Ostendisse deum nimis est, dabit ipse sibimet
Pondera. nec fas est, verbis suspendere mundum.
Rebus erit maior; nec parva est gratia nostri
Oris, si tantum poterit signare canenda.
Accipe damnandae quae sint per sidera partes.
  Lanigeri pars quarta nocet, nec sexta salubris;
Septima par illi ac decima est, decimaeque secunda.
Quaeque duas duplicat summas, septemque novemque,
Unaque viginti numeris pars addita laedit,
Et quinta et duram consummat septima partem.
  Tauri nona mala est, similis cui tertia pars est
Post decimam, nec non decimae pars septima iuncta est,
Bisque undena nocens et bis duodena nocentes,
Quaeque decem trisque ingeminat, fraudatque duobus
Triginta numeros, et tu tricesima summa es.

A. v. 433 Per varias v. 434 Incidimus sic v. 439 dedit v. 441 enim m. v. 442 tamen haec v. 445 pars v. 447 laudet v. 448 quintam v. 449 quoque v. 452 fraudata v. 453 numeris

S. v. 433 Per partis v. 434 Incidimus si verba piget? v. 441 enim v. 442 tamen haec canendo v. 445 pars — a decuma, d. v. 448 consummans v. 449 quoque v. 450 est *om.* v. 453 numeris — es *om.*

B. v. 433 Proque — causis v. 434 Incipimus si verba, piget, quod v. 437 monitus v. 440 splendescere v. 442 cavenda v. 448 consummans v. 449 quoque v. 450 est *om.* v. 453 tum — es *om.*

V. v. 433 *patris* V. 2. L. (a corr. *partis*) *parvas* V. 1. C. Ego correxi. v. 434 *Incidimus sic* V. 1. 2. C. *sit* L. Ego correxi. cf. IV, 578. v. 441 *erit* omnes. v. 445 *pars* omnes. corr. B. — *decimae* vel *decuma* om. *est* omnes. corr. Scal. et B. v. 447 *laudet* omnes. corr. Scal. v. 448 *consummat* omnes. v. 449 *quo* omnes. i. e. *quoi* quod recepi v. 453 *numeros* omnes. — *summa est* omnes.

Pestifera in Geminis pars prima et tertia signis.
Septima non melior, ter quinae noxia par est
Unaque bis denis brevior nocet, unaque maior;
Et similis noxae veniet vicesima quinta,
Cumque duae subeunt, vel cum se quattuor addunt.
Nec Cancri prima immunis, nec tertia pars est,
Nec sexta; octava est similis, decimaque peracta
Prima rabit; nec ter quinae clementior usus.
Septima post decimam luctum et vecesima portat,
Et quinta accedens et septima, nonaque summa.
Tu quoque contactu primo, Nemeaee, timendus,
Et quarta sub parte premis, bis quina salubri
Terque caret caelo, vicesima et altera laedit,
Et tribus appositis vitium est, totidemque secutis,
Ultima nec prima melior tricesima pars est.
Erigonae nec pars prima est nec sexta nec una
Ad decimam, nec quarta, nec octava utilis umquam.
Proxima viginti numeris et quarta timendae,
Et quae ter decimam cludit sors ultima partem.
At quinta in Chelis et septima inutilis aestu,
Tertia et undecimae, decimaeque et septima iuncta
Quartaque bis denis actis et septima et ambae
Quae numerum cludunt nona et tricesima partes

A. v. 455 quina et n. per se. v. 460 octavae sim. — decimaeque v. 461 rapit — quintae v. 465 prima sub — quinta salubris v. 467 iunctum est — sequetur v. 469 Erigones v. 473 Et — esto v. 474 Septima et undecima est. — tertia iuncta est v. 476 claudunt — nec non

S. v. 460 octavae sim. — decumaeque peractae v. 461 rapit v. 465 quinta v. 467 iunctim tot. v. 469 Erigones v. 472 claudit v. 473 Et — esto v. 474 Septima — tertia v. 476 claudunt

B. v. 469 Erigenes v. 471 timenda est v. 472 claudit v. 476 claudunt

V. v. 455 *ter quina et* omnes. — *pars et* omnes. v. 460 *octavae similis decumaeque* omnes. corr. B. v. 461 *rapit* omnes. corr. B. — *ter quintae* omnes. v. 464 *contractu* omnes. v. 465 *bis quinta salubris* omnes. v. 467 *victum est* omnes. corr. B. v. 469 *Erigone* omnes. v. 472 *cludit* V. 2. v. 473 *Et* omnes. — *aestu* V. 1. 2. L. v. 476 *cludunt* V. 2.

Scorpius in prima reus est, cui tertia par est,
Et sexta et decima, atque quater quae quina notatur,
Undecimam geminans, et quae vicesima quinta est;
Octavoque manet numero, nonumque capessit.
Si te fata sinant, quartam ne selige partem
Centauri; fuge et octavam, bis sexque peractis,
Octo bis aut denis metuendus dicitur aër.
Cumque iterum duodena refert, aut terna decemque,
Aut septena quater, vel cum ter dena figurat.
Nec pars optanda est Capricorni septima; nona
Consentit, decimamque sequens quam tertia signat;
Et tribus aut una, quae te, vicesima, fraudat;
Quaeve auget quinto numero, vel septima fertur.
* * *
Damnanda est, decimae succedens prima peractae,
Tertiaque et quinta et numero quae condita nono est;
Et post viginti prima et vicesima quinta;
Cumque illa quarta, accumulat vicesima nona.
Tertia per geminos et quinta et septima Pisces
Undecima et decimae metuenda est septima iuncta;
Et quinta in quinos numeros revocata, duasque
Accipiens ultra summas metuenda feretur.

A. v. 477 pars est v. 478 d. et quae ter quinta v. 480 votumque v. 481 dilige v. 486 nonae v. 491 est num. — non est v. 493 quartam v. 494 pars g.

S. v. 478 et quae per quoque quina v. 481 delige v. 486 nonae v. 489 quinta — post hunc deesse vs. vidit. v. 493 quartam accumulans

B. v. 478 Ut — d. est, et quae ter q. v. 479 Und. et gemin. v. 483 ducitur v. 489 quinta — sexta feretur — post vs. 489. posuit II, 232. ita refingens: Pars est prima nocens humentis semper aquari. v. 493 quartam accumulans

V. v. 477 *pars est* omnes. v. 478 *et quater quinta n.* V. 2. C. L. *quater quinque* V. 1. Ego correxi. v. 481 *selige* L. C. V. 1. v. 482 Centaurum v. 485 *figurant* omnes. v. 486 *nonae* omnes. corr. B. v. 488 *unam* omnes. praeter V. 2. v. 489 *quinto* omnes. v. 491 *quinta est* — *non est* omnes. corr. Scal. v. 493 *quartam accumulant* L. *accumulat* ceteri.

Hac partes sterilem ducunt et frigore et igni
Aëra, vel sicco, vel quo. superaverit humor;
[Si rapidus Mavors. ignis iaculatur in illum
Saturnus sumet glaciem, Phoebusve calores.]
Nec te perceptis signorum cura relinquat
Partibus; in tempus quaedam mutantur, et ortu
Accipiunt proprias vires, ultraque remittunt.
Namque ubi se summis Aries extollet ab undis,
Et cervice prior flexa quam cornibus ibit,
Non contenta suo generabit pectora censu;
Et dabit in praedas animos, solvetque pudorem.
Tantum audere iuvat; sic ipse in cornua fertur,
Et ruit, ut vincat. Non illos sedibus isdem
Mollia per placidas delectant otia curas;
Sed iuvat ignotas semper transire per urbes,
Scrutarique novum pelagus, totius et esse
Orbis in hospitio. Testis tibi Laniger ipse,
Cum vitreum findens auravit vellere pontum,

A. v. 499 siccum — quod v. 504 ultroque v. 505 extollit v. 506 flexis quoque v. 509 audire v. 510 et mutat — ullis — idem v. 512 ignotum — orbem v. 515 aurato

S. v. 499 quod v. 505 extollit v. 509 Tanta v. 510 et mutat — ullis — idem v. 511 deludunt v. 515 aurato

B. v. 501 Seu rapidos — Saturnusve suam — vapores. v. 505 extollit v. 510 Ut ruat aut vincat v. 511 placidam — vitam v. 514 sibi v. 515 tranavit

V. v. 499 *quod* L. C. *quo* V. 1. 2. — *superaverat.* V. 1. vss. 500 et 501 cum ceteris interpretibus spurios iudico, quum planetarum doctrinam in libros aut non servatos aut non absolutos reiecerit. v. 501 *colores* (a corr. *a*) L. *dolores* C. V. 1. *labores* V. 2. v. 502 *Ne te* V. 2. v. 505 *extollit* omnes. Ego correxi. — Diligens in his est Manilius. v. 508 *solvitque* omnes, praeter V. 1. v. 509 *Tanta* L. C. V. 1. G. *Tantum* V. 2. *audire* L. C. V. 1. *audere* V. 2. v. 510 Et *ruat* L. (superscr. *i*) *ruet* V. 2. — *et mutat* V. 1. C. *et vincat* L. *ut vincat* V. 2. — *ullis* — *idem* L. C. V. 1. *ullus iisdem* V. 2. corr. B. et ego. (*ullis* in rasura in L.; fuerat *illas.*) v. 511 *deludant* G. *delicidant* L. (a corr. superscr. *deluidant*, deinde, *delectant*) *delectant* ceteri. — *curam* L. C. G. Venetus. *placidas curas* decent argutum poëtae ingenium. v. 512 *ignotas* omnes. (*o* superscr. in L. et C.) *orbes* L. V. 2. *orbem* V. 1. *orbe* C. v. 514 *sibi* G. *tibi* ceteri. v. 515 *fundens* ceteri, *findens* V. 2. — *auravit* omnes.

Orbatumque sua Phrixum per fata sorore
Phasidos ad ripas et Colchida tergore vexit.
At quos prima creant nascentis sidera Tauri
Feminea incendunt. nec longe causa petenda est,
Si modo per causas naturam quaerere fas est.
Aversus venit in caelum, divesque puellis,
Pleiadum tergo referens glomerabile sidus.
Accedent et ruris opes, propriaque iuvencum
Dote per inversos exornat vomere campos.
Sed Geminos aequa cum profert unda tegitque
Parte, dabit studia et doctas producet ad artes.
Nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore
Corda creat, vocisque bonis citharaeque sonantis
Instruit, et dotes saltus cum pectore iungit.
At niger obscura Cancer cum nube feretur,
Quae velut exustus Phoebeis ignibus ignis
Deficit, et multa fuscat caligine sidus,

A. v. 517 regna revexit. v. 519 Feminei iaceant v. 522 parvo v. 523 A quoque rursus v. 525 prof. cum vincula cogit v. 528 et voce bonos Cytharaque sonanti v. 529 alto v. 531 exstinctis

S. v. 519 ut A. v. 522 parvo v. 529 alio (*coni.* salium) v. 531 exutus

B. v. 519 Feminei incedunt v. 522 parvo — glomeramine v. 523 Accedunt v. 524 exercent v. 529 dotem cantus cum pectine v. 531 exstinctus

V. v. 517 *tergo revexit* V. 1. C. *tergo* (sed a corr. *a*) *revixit* (superscr. *e*) L. *tergo revexit* V. 2. corr. Scal. v. 519 *Feminea iacet* (add. supr. *a*) L. *iaceat* V. 1. C. *uecegt* V. 2. Ego correxi. v. 522 *parvo* omnes. Ego correxi. v. 523 *Accedent* omnes. — *rursus* ceteri; corr. Scal. praestat *ruris* V. 2. v. 524 *exornant* V. 2. Sed *exornat* liberius nos revocat ad Taurum; ut deinde non minus libere de Geminis, *dabit* etc. v. 526 sqq. Taurus igitur ex se ortos vomere ornat per campos. v. 525 *profert cum* ceteri; (ob eamque causam a corr. L. *unda* deletur et scribitur *vincla*, quod ceteri habent. *cum profert unda* V. 2. corr. Scal. v. 528 *nexitque* V. 1. *nexique* C. *nevisque* V. 2. *uecisque* L. corr. ex G. Scal. v. 529 *dotes saltus* (sed *salius* V. 2.) omnes. ἅλμα est, quod eximere nolui, propter palaestram. *pectus*; audacia superat Horat. Non tu corpus eras sine pectore. Ita supra II, 581, pectus amicitiae. v. 531 *exutus* omnes. (*exsutus* V. 2.) Ego correxi. cf. I, 747, ubi similiter *exutum* L.

Lumina deficient ortos, geminamque creatis
Mortem fata dabunt. se quisque et vivit et effert.
Si cui per summas avidus produxerit undas
Ora Leo, et scandat malis hiscentibus orbem;
Ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,
Non legabit opes, censumque immerget in ipso.
Tanta fames animumque cibi tam dira cupido
Corripit, ut capiat semet nec compleat unquam,
Inque epulas funus revocet pretiumque sepulcri.
    Erigone surgens, quae rexit secula prisca
Iustitia, rursusque eadem labentia fugit,
Alta per imperium tribuet fastigia summum,
Rectoremque dabit legum iurisque sacrati,
Sancta pudicitia divorum templa colentem.
    Sed cum autumnales coeperunt surgere Chelae,
Felix aequato genitus sub pondere Librae!
Iudex examen sistet vitaeque necisque,
Imponetque iugum terris, legesque rogabit.
Illum urbes et regna trement, nutuque regentur
Unius, et caeli post terras iura manebunt.

A. v. 533 deficiant artus v. 535 quis v. 538 censuque immergit v. 539 ibi v. 544 tribuit v. 546 pudicitiam

S. v. 534 ut vivit v. 536 scandet v. 544 tribuit v. 549 I. extremae

B. v. 533 partus v. 535 Sed v. 539 et 40 eiicit. v. 541 rediget v. 544 tribuit

V. v. 533 *arctus* omnes. corr. Scal. v. 534 Illustrant locum inscriptiones a Ritschelio collectae, Spicil. epigraph. in Ind. Schol. Vratisl. an. 1838: SE VIVO FECIT. SE VIVVS INCHOAVIT. SE VIVVS FECIT. SE VIVOS FECIT. SE VIVI FECERVNT. SE VIVOS FECERVNT. Id miror, iocone an serio ita scripserit Manilius. v. 535 *Si qui* omnes. corr. Scal. v. 538 *legavit* — *censuque immergit* omnes. corr. Scal. v. 539 *sibi* omnes. corr. Scal. v. 540 Audacia superat, quem imitatur, Ovidium in Erysichthone: Plusque capit, quo plura suam demittit in alvum. *complere* est, explere. *funus revocat* (*revocet* plerique) i. e. refert impensa funeris ad epulas. Nisi malueris τυμβωρύχον intelligere. v. 544 *tribuit* omnes. Ego correxi. v. 549 *extrema* V. 1. C. *extranea* L. (superscr. a corr. *extrema*.) *externea* V. 2. corr. B.

Scorpius extremae cum tollet lumina caudae,
Si quis erit stellis tum suffragantibus ortus,
Urbibus augebit terras, iunctisque iuvencis
Moenia subcinctus curvo describet aratro,
Aut sternet positas urbes, inque arva reducet
Oppida, et in domibus maturas reddet aristas.
Tanta erit et virtus, et cum virtute potestas.
Nec non Arcitenens prima cum veste resurget,
Pectora clara dabit bello, magnisque triumphis
Conspicuum patrias victorem ducet ad arces;
Altaque nunc statuet nunc idem moenia vertet.
Sed nimium indulgens rebus Fortuna secundis
Invidet in facie, saevitque asperrima fronti.
Horrendus bello Trebiam, Cannasque, lacumque
Ante fugam tali pensabat imagine victor.
Ultimus in caudae Capricornus acumine summo
Militiam in ponto dictat, puppisque colendae
Dira ministeria et vitae discrimen inertis.
Quod si quem sanctumque velis, castumque, probumque,
Hic tibi nascetur, cum primus Aquarius exit.
Ne velit in primos animus procedere Pisces.

A. v. 553 tollit v. 554 tunc v. 560 resurgit v. 563 condita m. v. 567 talis — in agmine v. 569 colendas v. 570 Dura v. 571 sanctum velles v. 573 Neve sit ut

S. v. 553 tollit v. 560 resurgit v. 563 condita v. 569 in *om.* v. 570 Dura v. 573 Neve sit in

B. v. 553 tollit v. 560 resurgit v. 567 ductor v. 569 in *om.* v. 570 Dura v. 572 Nascatur v. 573 Ne vero sit te pr. producere

V. v. 553 *tollet* unus V. 2. ceteri *tollit*. *l. claudit* ceteri; *caude* V. 2. v. 560 *resurgit* omnes. Ego correxi. v. 562 *ducet* V. 2. *ducit* ceteri. — *statuit* — *vertit* omnes. *idem* (non *condita*) omnes. v. 564 *minime* haud dubie scribendum; et *minimum* scribit etiam Scal. in nott. v. 569 *in* omnes. Sed *milicie in* V. 2. et L. a m. pr. v. 570 *Dira* omnes. — *incertis* omnes; vix vere. puto, *in undis*. ψυχὴν παρθέμενοι. v. 573 *Neve sit et* omnes. *primis* V. 1. C. L. *primus* V. 2. Ego correxi. Et fortasse standum erat cum Scal.; quamquam iure B. negat posse per *neve* transiri ab optimo viro, quem Aquarius protulit, ad hunc loquacem.

Garrulitas odiosa datur, linguaeque venenum,
Verba maligna, novas mutantis semper ad auris,
Crimina per populum populi ferre ore bilingui.
Nulla fides inerit natis, sed summa libido
Ardentem medios animum libet ire per ignes.
Scilicet in piscem sese Cytherea novavit,
Cum Babyloniacas summersa profugit in undas,
Anguipedem, alatos humeros Typhona ferentem,
Inseruitque suos squamosis piscibus ignes.
Nec solus fuerit geminis sub Piscibus ortus;
Frater erit, dulcisve soror, materve duorum.
    Nunc age diversis dominantia sidera terris
Percipe. Sed summa est rerum referenda figura.
Quattuor in partes caeli describitur orbis,
Nascentem, lapsumque diem, mediosque calores
Teque, Helice. totidem venti de partibus isdem
Erumpunt, secumque gerunt per inania bella.
Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusque profectum,
Hos inter binae mediis e partibus aurae
Exspirant, similes mutato nomine flatus.
Ipsa natat tellus pelagi lustrata corona,
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem;

A. v. 575 mussantis v. 576 fert v. 581 al. unguis v. 583 solis v. 584 erat v. 588 Nascentemque ipsumque v. 590 bellum v. 592 profundum v. 595 notat

S. v. 575 mussantis semper v. 576 fert v. 581 alatis humeris — furentem v. 590 bellum v. 595 vacat

B. v. 575 muss. semper v. 576 seret v. 578 iubet v. 581 eiicit. v. 590 caecumque — bellum. v. 591 furit

V. v. 574 *momentum* V. 1. *moventum* V. 2. L. C. Fortasse, *vomentum*, ut *linguae* sit nominativus. v. 575 *mutantis* omnes; quod non spernendum. — *auris* V. 2. L. v. 576 *ferre* omnes. v. 579 *notavit* omnes. v. 584 *erat* ceteri; *erit* V. 2. v. 588 *Nascentem ipsumque* L. V. 2. *Nascentemque ips.* V. 1. C. corr. Andr. Melvinus apud Scal. Si *medios* calores mediocres esse dices, poteris codd. scripturam defendere. v. 590 *bella* omnes. v. 594 *similis* V. 2. L. v. 595 *vacat* V. 1. C. G. L. (sed in hoc a corr. superscr. fuerat, *natat*, quod servavit V. 2. et Venetus,

Inque sinus pontum recipit, qui vespere ab astro
Admissus dextra Numidas Libyamque calentem
Alluit et magnae quondam Carthaginis arces,
Litoraque in Syrtis revocans sinuata vadosas
Rursusque ad Nilum directis fluctibus exit.
Laeva freti caedunt Hispanas aequora gentis,
Teque in vicinis haerentem, Gallia, terris,
Italiaeque urbes dextram sinuantis in undam,
Usque canes ad, Scylla, tuos avidamque Charybdim.
Hac ubi se primum porta mare fudit [iniqua,]
Enatat Ionio laxasque vagatur in undas.
Et prius in laeva se effundens circuit omnem
Italiam, Adriaco mutatum nomina ponto,
Eridanique bibit fluctus; secat aequore laevum
Illyricum, Epirumque lavat, claramque Corinthum,
Et Peloponnesi patulas circumvolat oras;
Rursus et in laevum refluit, vastoque recessu
Thessaliae fines et Achaica praeterit arva.
Hic penitus iuvenisque fretum mersaeque puellae
Truditur invitum, faucesque Propontidos artas

A. v. 597 atro v. 599 Abluit v. 602 cedunt v. 606 Ac — ab illa v. 607 Et natat v. 608 laevas ef. v. 609 atque Adriam comitatus nomine pontum v. 610 velum v. 614 Achaia v. 615 Pontus v. 616 Traditur invisum — arctae

S. 597 atro v. 599 Abluit v. 602 aequore v. 604 insinuantis v. 606 Ac — ab illa v. 608 fundens v. 609 *ut A. sed* comitatur v. 611 Illyrium v. 615 pontus v. 616 artae

B. v. 597 atro v. 601 Rursum usque ad v. 606 f., aperto v. 607 Emicat v. 608 laevam v. 610 dehinc aeq. v. 615 Hinc intra

V. v. 597 *astro* omnes. v. 599 *Abluit* ceteri; *Aluit* V. 2. v. 600 *Syrtis* omnes. *vadosis* omnes. v. 601 *ad nihilum de rectis* omnes. v. 602 *cedunt* omnes. corr. Scal. — *gentis* V. 2. L. v. 606 *Ac* ceteri, *Hac* V. 2. extrema pars versus deest in omnibus; ego apposui *iniqua*. v. 607 *Et natat* ceteri, *Enatat* V. 2. v. 608 *laevas effundens* omnes. (*laeva se fundens* G.) Ego correxi. v. 609 *Italiam adriam comitatus nomine* L. (a corr. add. *atque* ante *adr.*, quod praebent V. 1. C. *I. a. conmutatus* V. 2. corr. B. v. 610 *aequore bellum* omnes. corr. Scal. v. 611 *labat* omnes. v. 614 *achaia* L. *achalia* V. 1. C. *athicha* V. 2. — F. thracia v. 615 *Hic pontus* omnes. Ego correxi. v. 616 *apto* L. V. 2. C. *arto* V. 1. corr. B.

Euxino iniungit ponto, Maeotis et undis.
Quae tergo coniuncta manet pontemque ministrat.
Inde ubi in angustas iterum se navita fauces
Hellespontiacis revocatus fluctibus effert,
Icarium, Aegeumque secat, laevaque nitentis
Miratur populos Asiae, totidemque tropaea
Quot loca, et innumeras gentes, Taurumque minantem
Fluctibus et Cilicum populos, Syriamque perustam,
Ingentique sinu fugientis aequora terras,
Donec in Aegyptum redeunt curvata per undas
Litora, Niliacis iterum morientia ripis.
Haec medium terris circumdat linea pontum,
Atque his undarum tractum constringit arenis.
Mille iacent mediae diffusa per aequora terrae.
Sardiniam in Libyco signant vestigia plantae
Trinacria Italia tantum praecisa recessit.
Adversa Euboicos miratur Graecia montes.
Et genetrix Crete civem sortita Tonantem;
Et Cypriae Cypros pulsatur fluctibus omnis.
Totque minora solo taceo emergentia ponto

A. v. 617 iungi v. 618 pontumque v. 619 partes v. 623 arcumque v. 625 fulgentis aequore v. 627 verum mor. v. 634 Cretae v. 635 Pulsatur C. Aegyptia v. 636 solo tamen

S. v. 617 iungit v. 618 pontumque v. 623 arcumque v. 629 habenis v. 635 Aegypti C. — deinde vs. excidisse statuit. v. 636 tamen

B. v. 617 iungit — et Maeotidos und. v. 618 pontumque v. 619 an. revocatus n. v. 620 H. iterum se v. 622 campos As. v. 629 habenis v. 635 Aegypti Cyp. — amnis. v. 636 sola et tamen

V. v. 617 *iungit* ceteri; *iniungit* V. 2. v. 618 *pontemque* omnes. recte; iugantur illic terrae γεφύρα. v. 619 *fauces* L. V. 2. G. v. 623 *arcumque* L. V. 1. C. *aurumque* V. 2. corr. Is. Voss. ad Catull. v. 625 *fulgentes aequore* V. 1. C. *aequora* V. 2. L. *fugentes* V. 2. in L. *fulgentes* a corr. mutat. in *fugientes*. ita G. v. 629 *arenis* omnes. Saepissime a poetis arenae maris fluctibus opponuntur. v. 632 Suspicor, *quondam praecisa*. v. 634 *Creta* omnes. corr. Scal. v. 635 *Pulsatur cypros aegyptia* V. 1. C. *Aegyptia Cypros pulsatur* G. V. 2. L. Ego correxi. *Cypriae fluctus* mare argute nominat, quia Venus, Cypri domina, inde nata est. v. 636 *sola* V. 1. C. L. G. *solo* V. 2. *tamen* omnes. Ego correxi.

Litora, inaequalis Cyclades, Delonque Rhodonque,
Aulidaque et Tenedon, vicinaque Corsica terris,
Litora Sardiniae, primumque intrantis in orbem
Oceani victricem Ebusum et Balearica rura.
Innumeri surgunt scopuli montesque per altum.
Nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit
Faucibus abreptis orbem; nam litora plura
Impulit Oceano Phorcus; sed montibus altis
Est vetitus, totam ne vinceret aequore terram.
Namque inter borean ortumque aestate nitentem
In longum angusto penetrabilis aequore fluctus
Pervenit, et patulis tum demum funditur arvis,
Caspiaque Euxini similis facit aequora ponti.
Altera sub medium solem duo bella per undas
Intulit oceanus terris. nam Persica fluctus
Arva tenet, titulum pelagi praedatus ab isdem,
Quae rigat ipse locis, latoque infunditur ore.
Nec procul in mollis Arabas, terramque ferentem
Delicias, variaeque novos radicis odores
Leniter adfundit gemmantia litora pontus,
Et terrae mare nomen habet media illa duobus.

* * *

A. v. 637 et aequales v. 640 regna. v. 642 reclusus v. 643 abruptis v. 644 potius v. 646 Pontumque v. 647 longo v. 649 exigui sim. v. 653 regit — orbi v. 654 molis

S. v. 637 et aeq. v. 638 terrae v. 639 primamque v. 642 reclusis v. 643 abrupit v. 644 pontus v. 647 penetralibus v. 653 orbi v. 657 post hunc deesse aliquid vidit.

B. v. 637 Praetereo; Aegaeas C. v. 638 tristi v. 643 Obiicibus ruptis v. 644 potius sed v. 645 mergeret v. 647 In Corum v. 649 pelage f. aemula

V. v. 637 *et aequalis* omnes. Ego correxi. v. 638 *terris* omnes. Fortasse, *taetrae.* v. 639 *in orbe* omnes. v. 640 *rura* L. V. 2. v. 642 *reclusus* omnes. corr. B. v. 643 *abreptis* omnes. v. 644 *potius* omnes. Ego correxi. idem nomen ereptum V. 586. v. 646 *boream* ceteri; *borrea uortumque* V. 2. v. 647 *In longo* C. L. *longe* V. 1. *longum* V. 2. G. v. 650 *per unde* omnes. v. 652 *tenent* omnes. v. 653 *regit* V. 1. C. *regat* V. 2. G. L. (in hoc a corr. i) corr. Scal. — *orbi* vel *orbe* omnes. corr. B. v. 654 *mollis* V. 2. L. — *arabas* omnes. v. 656 *geminantia* omnes.

Quondam Carthago regnum sortita sub armis,
Ignibus Alpinas cum contudit Hannibal arces,
Fecit et aeternam Trebiam, Cannasque sepulcris
Obruit et Libyen Italas infudit in urbes.
Huic varias pestes diversaque monstra ferarum
Concessit bellis natura infesta futuris,
Horrendos angues, habitataque membra veneno,
Et mortis pastu viventia crimina terrae
In poenas fecunda suas parit horrida tellus,
Et vastos elephantas habet, saevosque leones,
Et portentosos cercopum ludit in ortus,

* * *

Ac sterili peior siccas infestat arenas,
Donec ad Aegypti ponet sua iura colonos.
Inde Asiae populi, divesque per omnia tellus,
Auratique fluunt amnes, gemmisque relucet
Pontus, odoratae spirant medicamina silvae,
India notitia maior, Parthique vel alter
Orbis et in caelum surgentis moenia Tauri.
Totque illum circa diviso nomine gentes

A. v. 659 Albanas v. 660 aeternis v. 661 Libyam Italicas v. 662 Hic v. 665 partus — vs. 667 ante 66. v. 668 Cyclopum v. 670 ponat v. 674 orbis Alter v. 676 divisae

S. v. 659 Albanas v. 665 partus v. 667 ante 66. v. 670 ponat v. 674 orbis Alter v. 676 divisae

B. v. 660 aeternum v. 663 saeclis v. 667 eiicit. v. 669 incestat v. 670 ponat v. 674 Parthisque v. orbis Alter v. 675 culmina v. 676 diverso

V. v. 659 *albanas* V. 1. C. *albinus* (sed a corr. *a*) L. *alpinas* V. 2. v. 660 *aeternam* omnes. v. 661 *libiam* omnes. corr. Scal. et B. v. 662 *Hinc* V. 1. C. *Huc* V. 2. L. (a corr. add. *i*) corr. Scal. v. 665 *partu* omnes. corr. B. v. 666 et 67 ego ordine mutavi, postulante sententia. v. 668 *cecropum* V. 2. L. (sed *i* a corr. supra *e* add.) *cicropum* C. *cyclopum* (sed corr. ex *circopum*) V. 1. corr. Scal. Post hunc versum Syrtes haustae sunt, sterili mari vel arena infestiores. v. 670 *ponet* V. 2. L. C. — *colonis* V. 2. L. (a corr. *o*) *colonus* V. 1. *colonos* C. v. 674 *orbis Alter* omnes. ego ordinem mutavi. v. 676 *divisum* V. 1. C. *diviso* L. V. 2.

Ad Tanaim Scythicis dirimentem fluctibus orbes,
Maeotisque lacus, Euxinique aspera ponti
Aequora et extremum Propontidos Hellespontum.
Hanc Asiae metam posuit natura potentis.
Quod superest Europa tenet, qua prima natantem
Fluctibus excepitque Iovem, taurumque resolvit,
Condere passa suos ignis Venerique iugari.
Ille puellari donavit nomine litus
Et monumenta sui titulo sacravit amoris.
Maxima terra viris et fecundissima doctis
Urbibus; in regnum florentes oris Athenae,
Sparta manu, Thebae divis, et rege vel uno,
Princeps Pella domus, Troiani gratia belli
Thessalia, Epirosque potens, vicinaque ripis
Illyris, et Threce Martem sortita colonum,
Et stupefacta suos inter Germania partus,

A. v. 677 Ac tantum Scythicas dirimentem f. urbes v. 680 Hic v. 681 quae v. 683 Pondere — suo signique onerisque iuvamen v. 684 fluctus v. 685 subhoc v. 686 iuris v. 688 Thebas divisit r. v. 689 Pr. illa — Graecia

S. v. 677 Scythicas — urbes v. 679 eiecit. v. 680 Hic v. 681 quae v. 683 eiecit. v. 684 fluctus v. 689 habet post vs. 685. v. 689 illa dom. — Graecia

B. v. 678 et 79 eiicit. v. 680 Hunc v. 681 quae v. 683 eiecit. vss. 684, 85 et 689 huc revocatum a Scal. inducit. v. 690 v. Cadmum v. 691 Thrace

V. v. 677 *Ad* (*At* a corr. *ac* L. *ac* V. 1. C.) *tantum sciticas* omnes. corr. Scal. et B: *orbes* omnes. v. 679 Nisi in *Propontidos* nomine primam licentius productam statues, scribere suadeo: Aequora et extremum *usque* Prop. Hellesp. v. 680 *Hic* C. V. 1. om. V. 2. *Hanc* L. (sed a corr. *vel Hic*) *Hanc* G. v. 681 *quae* omnes. Ego correxi. Europa inde est, qua Iovem excepit. v. 683 *Pondere* (*Pondera* V. 1.) *passa suo signi* (*signoque* V. 1. *signique* C. *sigmo* V. 2.) onerique (*verique* V. 2.) *iuuauit* omnes. Ego correxi. v. 684 *fluctus* V. 1. *luctus* L. C. *litus* V. 2. v. 685 *sub hoc tit.* V. 1. C. *sub titulo* L. (*hoc* superscr.) *sui tit.* V. 2. — *honoris* G. v. 688 *diviset* L. (a corr. *i*) *divis et* V. 2. v. 689 *illa domus* omnes. corr. I. Schrader in nott. mss. Macedoniam innuit. *graecia* ceteri. *gracia* V. 2. Achillem intelligit. v. 690 sub *ripis* aliquid latere puto, sed nihil exputo. Etiam P. Francius in nott. mss. nomen proprium latere ait. v. 691 *thrace* V. 1. C. *herce* V. 2. *hrece* L. (appinxit corr. *T* et superscr. *a*) *Threce* iam Scal. scripsit.

Gallia per census, Hispania maxima belli,
Italia in summa, quam rerum maxima Roma
Imposuit terris, caeloque adiungitur ipsa.
Hos erit in fines orbis pontusque notandus,
Quem deus in partes per singula dividit astra,
Ac sua cuique dedit tutelae regna per orbem,
Et proprias gentes atque urbes addidit altas,
In quibus adsererent praestantes sidera vires.
Ac velut humana est signis descripta figura,
Et quamquam communis eat tutela per omne
Corpus, et in proprium divisis artubus exit.
(Namque Aries capiti, Taurus cervicibus haeret,
Brachia sub Geminis censentur, pectora Cancro,
Te scapulae, Nemeae, vocant, teque ilia, Virgo;
Libra colit clunes, et Scorpius inguine regnat,
Et femina Arcitenens, genua et Capricornus amavit,
Cruraque defendit Iuvenis; vestigia Pisces,)
Sic alias aliud terras sibi vindicat astrum.
   Idcirco in varias leges variasque figuras
Dispositum genus est hominum, proprioque colore
Formantur gentes, sociataque iura per artus
Materiemque parem privato foedere signant.
Flava per ingentes surgit Germania partus;
Gallia vicino minus est infecta rubore;
Asperior solidos Hispania contrahit artus;

A. v. 693 praetensis — Italia — bellis v. 694 summam v. 697 et sing. v. 700 efferrent v. 703 exstet v. 708 femur v. 716 nimis

S. v. 697 et sing. v. 700 efferrent v. 702 Ut tanquam v. 703 exstet v. 714 Materiamque

B. 700 exercent v. 714 Materiamque

V. v. 694 *in summa* V. 2. ceteri *summam*. corr. Scal. v. 696 *Hoc* omnes. — *vocandus* omnes; quod tueri poteram. v. 697 *et singula* omnes. *per* habet B. v. 700 *adsererent* omnes. v. 702 *Et quamquam* omnes. v. 703 *exstat* V. 1. *exit* L. (*vel exstet* (quod habet C.) superscr. a corr.) V. 2. v. 708 *femora* V. 1. *femina* ceteri. v. 714 *Materiemque* V. 2.

Martia Romanis urbis pater induit ora,
Gradivumque Venus miscens bene temperat artus;
Perque coloratas subtilis Graecia gentes
Gymnasium praefert vultu fortisque palaestras;
Et Syriam produnt torti per tempora crines;
Aethiopes maculant orbem, tenebrisque figurant
Perfusas hominum gentes; minus India tostis
Progenerat mediumque facit moderata tenorem.
Iam proprior, tellusque natans Aegyptia Nilo
Lenius irriguis infuscat corpora campis;
Phoebus arenosis Afrorum pulvere terris
Exsiccat populos; et Mauritania nomen
Oris habet, titulumque suo fert ipsa calore;
Adde sonos totidem vocum, totidem insere linguas,
Et mores pro sorte pares, ritusque locorum;
Adde genus proprium simili sub semine frugum,
Et Cererem varia redeuntem messe per urbes,
Nec paribus siliquas referentem viribus omnes;
Nec te, Bacche, pari donantem munere terras,
Atque alias aliis fundentem collibus uvas;
Cinnama nec totis passim nascentia campis;
Diversas pecudum facies, propriasque ferarum;
Et duplici clausos elephantas carcere terrae.
Quot partes orbis, totidem sub partibus orbes;

A. v. 718 orbis v. 719 Gr. suum v. 723 terrasque v. 724 tostas v. 728 Poenus v. 734 orbem

S. 718 orbis v. 719 suum v. 728 Poenus v. 734 orbem

B. v. 724 Per fuscas tostas v. 726 proprio tellus gaudens v. 741 ora

V. v. 718 *urbis pater* V. 2. L. (sed *o* a corr.) v. 719 *genus* omnes. corr. B. v. 721 *fortisque* V. 2. L. v. 723 *m. urbem* omnes. v. 724 *Perfusas* fortasse, *Per fusas*, cf. vs. 782. sed utrumque recte habet. — India tostis moderata tenorem facit etc. v. 726 *proprior* V. 1. 2. Aegiam propior et Nilo natans. v. 727 *Imuus* V. 2. *Imnis* V. 1. *Limus* L. *Linius* C. v. 728 *Poenus* omnes. corr. B. v. 731 et 32 desunt in V. 1. C. L. servat V. 2. v. 740 *causas elefantum c. terrae* L. V. 2. (sed *elefantes*) *terras* V. 1. C.

Et certis descripta nitent regionibus astra,
Perfunduntque suo subiectas aethere gentes.
Laniger in medio sortitus sidera mundo
Cancrum inter gelidumque Caprum per tempora veris
Adserit in vires pontum, quem vicerat ipse,
Virgine delapsa cum fratrem ad litora vexit,
Et minui deflevit onus dorsumque levari.
Illum etiam venerata colit vicina Propontis,
Et Syriae gentes et laxo Persis amictu,
Vestibus ipsa suis haerens; Nilusque tumescens
In Cancrum, et tellus Aegypti iussa natare,
Taurus habet Scythiae montes, Asiamque potentem,
Et molles Arabas, silvarum ditia regna.
Euxinos Scythicos pontus sinuatus in arcus
Sub Geminis te, Phoebe, colit; post brachia fratris
Ultimus occulit os Ganges et trameat Indos.
Ardent Aethiopes Cancro, cui plurimus ignis,
Hoc color ipse docet. Phrygia, Nemeaee, potiris,
Idaeae matris famulus, regnoque ferocis
Cappadocum, Armeniaeque iugis; Bithynia dives

A. v. 742 rationibus v. 743 aequore v. 744 sortitur v. 745 gelidum tepidi ante v. 753 Taurus habet Scythicos portus sinuatus in arcus. v. 754 Arabes v. 757 solitus G. colit India cancrum. v. 760 regnique

S. v. 743 aequore v. 745 caurum — gelidum tepidi v. 754 Arabes v. 755 Euxinus v. 757 ex solido tetrans. Colit India cancrum. v. 760 regnique

B. v. 742 Ut v. 750 Euxinus v. 757 et colit hos G. et decolor Indus. v. 760 feroci

V. v. 742 *rationibus* omnes. (*retionibus* V. 2.) corr. Scal. v. 743 *aequore* omnes. corr. B. v. 744 *sortitur* omnes. corr. Scal. v. 745 *gelidum per t. versis* (verxis L. C.) omnes. (sed *veris* V. 1.) corr. B. v. 746 deest in V. 1. C. v. 752 *uisa* V. 2. v. 754 *Arabas* V. 2. v. 755 *Euxinius* L. V. 2. *Euxios* V. 1. C. v. 756 *colet* V. 2. L. (sed a corr. *i*) *bost* V. 2. v. 757 *Ultimus et solidos G. et transcolit India cancer* V. 2. L. G. Venet. C. *Ultimus et G. et te colit India cancer*. V. 1. Ego correxi, dubitanter tamen de versus parte altera. v. 760 *regnique* omnes. corr. B. Tueri poteris, si *ferocire* casum alterum adsumere statues et interpunges: *Armeniaeque; iugis B. dives*. Quod fieri posse nego. *feroces* V. 2. et L. sed corr. *i*.

Te colit, et Macetum tellus, quae vicerat orbem.
Virgine sub casta felix terraque marique
Est Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
Tumque domus vere solis, cui tota sacrata est,
Quum caperet lumen magni sub Caesare mundi;
Ioniae quoque sunt urbes et Dorica rura,
Arcades antiqui, celebrataque Caria fama.
Quod potius colat Italiam, si seligis, astrum,
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera novit,
Designat summas, et iniquum separat aequo;
Tempora quo pendent, cocunt quo noxque diesque?
Hesperiam sua Libra tenet, qua condita Roma
Orbis et imperio retinet discrimina rerum,
Lancibus et positis gentes tollitque premitque,
[Qua genitus Caesarque meus nunc condidit orbem]
Et propriis frenat pendentem nutibus orbem.
Inferius victae sidus Carthaginis arces
Et Libyam, Aegyptique latus, donataque rura,
Et Zmyrnes lacrimis radiantes Cyprios arces
Eruit, Italiaeque tamen respectat ad undas,
Sardiniamque tenet, fusasque per aequora terras.
Gnosia Centauro tellus circumdata ponto

A. v. 762 Macedum v. 765 Tuque — es v. 766 caperes v. 769 regat v. 772 cedunt v. 774 imperium v. 775 positas v. 776 cum fratre remus hanc c. urbem v. 779 regna v. 780 Tyrrhenas — radiatus Scorpius

S. v. 764 Et v. 765 Tuque — es v. 766 caperes v. 769 regat v. 788 collocat ante 774. v. 774 imperium v. 775 positas v. 776 ut A. v. 780 ut A.

B. v. 774 Urbis in v. 775 tollitve premitve v. 776 recte eiicit. v. 780 eiicit. v. 781 Eligit — post. 872. collocat 787—790. incl. ita refectos: Non ita Trinacriam quae dantem i. s. S. gaudens

V. v. 765 *Tuque* omnes. corr. B. — nam *est* omnes, et vs. sq. *caperet* V. 2. *caperent* ceteri. v. 769 *colit* V. 1. *colat* V. 2. L. C. G. v. 773 *sub* L. C. *sibi* V. 1. *sua* V. 2. v. 774 *imperium* ceteri; *imperia* G. *positas* (vs. sq.) ceteri; *positis* G. corr. B. v. 780 *Thirrenas* V. 1. C. L. (*o* a corr.) *Tirrhenas* V. 2. *radiat* V. 2. L. (*us* add. a corr.) *radiatus* V. 1. C. *Scorpius* omnes. — Ego correxi. Neque enim Cypros insula, nobilitata tum per Cinnae zmyrnam, taceri poterat.

Paret, et in geminum Minois filius astrum
Ipse venit geminus; celeris hinc Creta sagittas
Adserit, intentosque imitatur sideris arcus.
Insula Trinacriae ductantem ad iura sororem
Subsequitur Creten, sub eodem condita signo;
Proximaque Italia et tenui divisa profundo
Ora paris sequitur leges, nec sidere rupta est.
Tu, Capricorne, regis, quicquid sub sole cadente
Est positum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo,
Hispanas gentes et quot fert Gallia dives,
Teque feris dignam tantum, Germania, matrem
Adserit ambiguum sidus terraeque marisque
Aestibus assiduis pontum terrasque tenentem.
Sed Iuvenis nudos formatus mollior artus
Assyriam ad tepidam Tyriasque recedit [in arces]
Et Cilicum gentis vicinaque Caridos arva
Piscibus Euphrates datus est, ubi pisce sub hirto,
Cum fugeret Typhona, Venus subsedit in undis.

A. v. 784 ingenuum v. 787 fluitantem v. 790 patris — rapta v. 792 Expos. v. 793 seu quod v. 796 terram pontumque v. 797 nudo — arcu v. 798 Aegypto ad Leptimque arces T. r. v. 799 vicina et Aquarius v. 800 Piscis amator

S. v. 785 huic v. 787 fluitantem v. 790 ruptas v. 792 Expositum v. 793 quod 796 terram pontumque v. 798 Aegyptum ad, ut A. v. 799 ut A. v. 800 ut A.

B. v. 791 et 92 inducit. v. 798 Aegyptum — ad v. 800 atro

V. v. 785 *celeris* omnes. (*sceleris* V. 2.) fortasse recte. v. 787 *fluitantem* omnes. Ego correxi. v. 788 *Cretens* V. 1. 2. L. (inducta *s*) *credens* C. *cremem* G. Pars igitur Siciliae Centaurum, pars Libram sequitur, etiam in astris bilinguis. v. 790 *paris* V. 2. *patris* ceteri. — *rupta est* omnes. v. 792 *Expositum* omnes. Ego correxi. Describit septentrionem, quo ab occasu venitur, alter, quo itur ab ortu, sub Tauro est. v. 793 *quod* omnes. corr. B. — *et* om. V. 1. 2. L. (a corr. appict. *seu*, quod recepit C.) corr. Scal. v. 796 *Cetibus* V. 1. *Letibus* C. *Astibus* L. (a corr. *Ictibus*) *Estibus* V. 2. *pontum terrasque* omnes. v. 797 *nudo* omnes. *actu* V. 1. C. *actus* (inducto *s* L.) V. 2. corr. Scal. v. 798 *Aegyptum* omnes. Ego correxi. *ale pidam* omnes. corr. B. — *in arces* deest in omnibus. *ad* ceteri interpretes addunt, ego propter sequentia *in*. — *vicina et aquarius* omnes. corr. B. *gentis* omnes. v. 800 *piscis uruptor* omnes. Ego correxi.

Magna iacet tellus magnis circumdata ripis
Parthis, et ab Parthis domitae per saecula gentes,
Bactraque et Arii, Babylon et Susa Panosque
Nominaque innumeris vix complectenda figuris,
Et Tigris et rubri radiantia litora ponti.
Sic divisa manet tellus per sidera cuncta;
E quibus in proprias partes sunt iura trahenda.
Namque eadem quae sunt signis commercia servant.
Utque illa inter se coeunt odioque repugnant,
Nunc adversa polo, nunc et coniuncta trigono,
Quaeque alia in varios affectus causa gubernat,
Sic terrae terris respondent, orbibus orbes,
Litora litoribus, regnis contraria regna;
Sic erit et sedes fugienda petendaque cuique;
Sic speranda fides et sic metuenda pericla,
Ut genus in terram caelo descendit ab alto.
Percipe nunc etiam, quae sint ecliptica Graio
Nomine, quod certos quasi delassata per annos
Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.
Scilicet immenso nihil est aequale sub aevo,
Perpetuosque tenet flores unumque tenorem;
Mutantur sed cuncta diu variantque per annos;
Et fecunda suis subsistunt frugibus arva,

A. v. 803 Parthi sed Parthis v. 804 Herios v. 805 amplect. v. 812 effectus v. 816 sic et v. 822 colorem. v. 823 variantur in orbe.

S. v. 804 ut A., sed coniicit, Arii. v. 805 amplect. v. 812 effectus v. 813 urbibus urbes v. 816 sic et v. 819 quae v. 822 colorem

B. v. 804 Hyrcani v. 805 amplect. v. 810 odiove v. 812 Quaeve v. 813 urbibus urbes v. 815 petendave v. 816 sic et v. 823 die v. 824 absistunt

V. v. 803 *Partiset* V. 2. *Parthi sed* V. 1. C. *Parthi sub* (a corr. *vel sed*) L. corr. Scal. v. 804 *Barthraque* L. *aethereos babilone* L. G. (sed hic — *nem*) V. 1. C. *eternis* V. 2. *suspimosque* L. *sispiniosque* G. *susa ponosque* C. *susa apunosque* V. 2. (om. V. 1.) *Arii* a Scal. sunt; fortasse, *Iberi*. v. 805 *amplect.* ceteri; *complect.* V. 2. v. 812 *affectus* omnes. v. 813 *orbibus orbes* omnes. v. 816 *et sic* V. 1. 2. v. 822 *tenorem* v. 823 *diu* antique pro *die*.

Continuosque negant partus effeta creando.
Rursus quae fuerant steriles ad semina terrae
Post nova sufficiunt nullo mandante tributa.
Concutitur tellus validis compagibus haerens,
Subducitque solum pedibus, natat orbis in ipso,
Et vomit Oceanus pontum sitiensque resorbet
Nec sese ipse capit. Sic quondam merserat urbes,
Humani generis cum solus constitit heres
Deucalion, scopuloque orbem possedit in uno.
Nec non, cum patrias Phaethon temptavit habenas,
Arserunt gentes timuitque incendia caelum,
Fugeruntque novas ardentia sidera flammas,
Atque uno timuit condi natura sepulcro.
In tantum longo mutantur tempore cuncta,
Atque iterum in semet redeunt. sic tempore certo
Signa quoque amittunt vires sumuntque receptas.
Causa patet; quod luna quibus defecit in astris,
Orba sui fratris noctisque immersa tenebris,
Cum medios Phoebi radios intercipit orbis,
Nec trahit ad se tum, quo fulget, Delia lumen,
Haec quoque signa suo pariter cum sidere languent
Incurvata simul, solitoque exempta vigori,
Et velut elatam Phoeben in funere lugent.
Ipse docet titulus causas: ecliptica signa

A. v. 828 variis v. 830 vehit — revolvit v. 838 tempora cursu v. 841 suis def. v. 846 excepta vigore v. 847 veluti v. 848 causaeqne

S. v. 838 tempora cursu v. 844 in se v. 846 excepta vigore v. 847 veluti v. 848 causae quae

B. v. 835 luit ipsum v. 836 Fulseruntque novis radiantia s. flammis, v. 839 sic foedere v. 843 medius v. 844 in se v. 846 exuta vigore

V. v. 830 *venit* — *resolvit* omnes. corr. Scal. v. 838 *tempore cuncta* V. 2. (ceteri *tempora*) v. 841 *quo luna* V. 2. L. C. quod eadem attractionis lege, qua supra, tueri fortasse debebam. v. 844 *ad estum* omnes. (a corr. L. *cecum*) ego reduxi *ad*. v. 846 *exempta* omnes. *vigore* V. 1. *vigori* V. 2. L. (a corr. *e*.) v. 847 *velut* omnes. v. 848 *Ipsa* L. V. 1. C. Ipse V. 2. *titulos* omnes. *causae quas* L. (sed *quae* a corr.) G. om. *quae* V. 2. corr. B.

Dixere antiqui. pariter sed bina laborant,
Nec vicina loco, sed quae contraria fulgent;
Sicut Luna suo tum tantum deficit orbe,
Cum Phoebum adversis currentem non videt astris.
Nec tamen aequali languescunt tempore cuncta,
Sed modo in affectus totus producitur annus,
Nunc brevius lassata manent, nunc longius astra,
Exceduntque suo Phoebeia tempora casu.
Atque ubi perfectum est spatium, quod cuique dicatur,
Impleruntque suos certa statione labores,
Bina per adversum caelum fulgentia signa;
Tum vicina labant ipsis haerentia signis,
Quae prius in terras veniunt, terrasque relinquunt;
Sidereo non ut pugnet contrarius orbi,
Sed qua mundus agit cursus, inclinat et ipse,
Amissasque negat vires, nec munera tanta,
Nec similis reddit noxas. locus omnia vertit.
    Sed quid iam tenui prodest ratione nitentem
Scrutari mundum, si mens sua cuique repugnat,
Spemque timor tollit, prohibetque a limine caeli?
Conditur, en, inquit, vasto natura recessu,
Mortalisque fugit visus et pectora nostra;
Nec prodesse potest, quod fatis cuncta reguntur,

A. v. 849 sub v. 851 tunc v. 854 Namque — infectus v. 855 nec long. v. 856 Phoebea v. 863 quia — ipsa v. 866 tam v. 867 e lumine v. 868 condit enim quicquid v. 870 hebetat

S. v. 849 subbina v. 851 tunc v. 854 ut A. v. 862 orbis v. 866 tam v. 868 ut A.

B. v. 851 tunc v. 862 orbis v. 866 tam v. 869 Condit enim se,

V. v. 849 *sed bina* omnes. v. 851 *tum* V. 2. (*uotum* L.; a corr. *suo tunc*) v. 853 *tempora* omnes. corr. Scal. v. 854 omnes, ut carmina habent. v. 858 *Implerumque suo* omnes. v. 862 *orbi* omnes. v. 863 *qua* V. 2. — *ipse* V. 2. ceteri *ipsa*. v. 865 *similis* V. 2. L. (a corr. *s*.) v. 866 *iam* omnes. v. 868 *lumine* V. 2. L. (sed rasura effectum i) et add. *e* quod in utroque deest. *e lemine* V. 1. C. corr. Scal. v. 869 *Condit enim quicquid* V. 1. C. (sed *quod*) *Conditur enim quod* L. (sed induct. *ur*). *Conditur enim quid* V. 2. Hinc ego correxi. v. 870 *Mortalisque fugit* omnes.

Cum fatum nulla possit ratione videri.
Quid iuvat in semet sua per convicia ferri,
Et fraudare bonis, quae nec deus invidet ipse?
Quosque dedit natura oculos deponere mentis?
Perspicimus caelum; cur non et munera caeli?
Inque ipsos penitus mundi descendere census,
Seminibusque suis tantam componere molem,
Et partum caeli sua per nutricia ferre,
Extremumque sequi pontum terraeque subire
Pendentis tractus, et toto vivere in orbe,
Quanta et pars superest, ratione ediscere noctis?
Iam nusquam natura latet; pervidimus omnem,
Et capto potimur mundo, nostrumque parentem
Pars sua perspicimus, genitique accedimus astris.
An dubium est, habitare deum sub pectore nostro,
In caelumque redire animas, caeloque venire?
Utque sit ex omni constructus corpore mundus,
Aetheris, atque ignis summi, terraeque, marisque,
Spiritus et motu rapido, quae visa, gubernet;
Sic esse in nobis terrenae corpora sortis,
Sanguineasque animas animo, qui cuncta gubernat,
Dispensatque hominem? Quid mirum, noscere mundum
Si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis,

A. v. 877 sensus v. 879 pretium v. 880 portum v. 882 rationem disc. v. 890 Spiritum et in toto rapidum qui iussa gubernat v. 892 animi

S. v. 882 post 876. v. 879 pretium v. 880 portum v. 882 at v. 885 conspicimus v. 889 Acris v. 890 toto — iussa gubernans

B. v. 876 est munere post v. 876. 882 eiicit. v. 883 pervisimus omne v. 885 stirps v. 888 est v. 889 Aeris v. 890 eiicit. v. 891 et nob. v. 892 Aetheriasque auras

V. v. 879 *partum caeli* V. 1. 2. G. L. C. v. 880 *portum* omnes. corr. B. v. 882 Hic omnes libri habent. *rationem discere* ceteri. *ratione* a m. pr. L. Hinc ego correxi. v. 889 *Aetheris* omnes. Et satis licenter hic et aër, auctore Lucretio, a poetis miscentur. v. 890 *Spiritum* omnes. *toto* ceteri, *totum* V. 2. *iussa* omnes. *gubernant* ceteri; *gubernent* V. 2. Ego correxi. Ut sit in mundo spiritus, qui rapido motu quae visa sint gubernet, ita in nobis cuncta gubernantem vigere animum.

Exemplumque dei quisque est in imagine parva?
Aut cuiquam genitos, nisi caelo, credere fas est
Esse homines? Proiecta iacent animalia cuncta
In terra, vel mersa vadis, vel in aëre pendent;
Omnibus una quies, venter, censusque per artus,
Et, quia consilium non est, et lingua remissa;
Unus in inspectus rerum, viresque loquendi,
Ingeniumque capax, variasque educitur artes
Hic partus, qui cuncta regit, secessit in urbes,
Edomuit terram in fruges, animalia cepit,
Imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem
Erectus capitis, victorque ad sidera mittit
Sidereosque oculos, propiusque adspectat Olympum,
Inquiritque Iovem; nec sola fronte deorum
Contentus manet, et caelum scrutatur in alvo,
Cognatumque sequens corpus se quaerit in astris.
Huic in tanta fidem petimus, quam saepe volucres
Accipiunt, trepidaeque suo sub pectore fibrae.
An minus est sacris rationem ducere signis,
Quam pecudum mortes aviumque attendere cantus?
Atque ideo faciem caeli non invidet orbi
Ipse deus, vultusque suos corpusque recludit
Semper volvendo, seque ipsum inculcat et offert,

A. v. 896 An quosquam v. 899 sensusque v. 902 educit in v. 903 orbem v. 904 Et dom. — ad v. 905 arce v. 911 Hinc

S. v. 896 An quoquam v. 899 sensusque v. 902 educit in v. 903 artus quicunque — orbem v. 904 Et dom. — ad v. 909 alto v. 911 Hinc v. 914 animumque v. 915 Atqui

B. v. 896 An quoquam v. 897 muta v. 899 somnusque — et collocat post vs. 900. v. 904 ad v. 909 at caeca scr. v. 912 boum sub

V. v. 896 *Aut cuiquam* omnes. v. 899 *sensusque* V. 1. *censumque* V. 2. L. C. Ego correxi. v. 901 *Unus et* V. 1. L. (sed *et* a corr.) *et* om. V. 2. corr. B. v. 902 *educitur* omnes. v. 903 *quicunque* omnes. verum habet Scal. — *sic esset, si cesset* omnes. *orbes* omnes. corr. B. v. 904 *Edomuit* V. 2 *Et dom.* ceteri. *ad* ceteri. *ac* V. 2. Ego correxi v. 906 *Ereptus* ceteri. *Erepitus* V. 2. *captis* omnes. v. 910 *sic quaer.* omnes. v. 911 *Huic* omnes. v. 914 *aviumque* omnes. v. 916 *reducit* omnes.

Ut bene cognosci possit, doceatque videndis,
Qualis eat, cogatque suas attendere leges.
Ipse vocat animos nostros ad sidera mundus,
Nec patitur, quia non condit, sua iura latere.
Quis putet esse nefas nosci, quod cernere fas est?
Nec contemne tuas quasi parvo in corpore vires;
Quo valet, immensum est. sic auri pondera parvi
Exsuperant pretio numerosos aeris acervos.
Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.
Parvula sic totum pervisit pupula caelum,
Quoque vident oculi, minimum est, cum maxima cernant.
Sic animi sedes, tenui sub corde locata,
Per totum angusto regnat de limite corpus.
Materiae ne quaere modum, sed perspice vires,
Quas ratio, non pondus habet. ratio omnia vincit.
Ne dubites homini divinos credere visus;
Iam facit ipse deos, mittitque ad sidera numen,
Maius et Augusto crescet sub principe caelum.

A. v. 918 videndo v. 919 doceatque v. 924 Quo v. 928 Quodque v. 935 crescit

S. v. 918 videndo v. 919 doceatque v. 922 putat v. 923 Ne v. 935 crescit

B. v. 918 pateatque videndus v. 919 doceatque v. 924 Quod v. 935 crescit

V. v. 918 *videndis* omnes. v. 919 *doceatque* ceteri.- *cogatque* V. 2. v. 922 *putat* omnes. corr. P. Francius et B. Ac poterat servari indicativus. v. 924 *Quo* V. 2. L. (sed a corr. add. *d.*) v. 928 *Quoque* omnes. v. 934 *facis* (*vel facit* corr.) L. *fatis* V. 2. v. 935 *crescet* omnes. Quo finito hoc libro Augustum nondum excessisse e vita et inter deos relatum esse certum est et confirmatum.

LIBER QUINTUS.

Hic alius finisset iter, signisque relatis,
Quis adversa meant stellarum numina quinque,
Quadriiugis et Phoebus equis et Delia bigis,
Non ultra struxisset opus, caeloque rediret,
Ac per descensum medios percurreret ignes,
Saturni, Iovis et Martis, Solisque sub illis;
Post Venerem et Maia natum te, Luna, vagantem;
Me properare viam mundus iubet, omnia circum
Sidera vectatum toto decurrere caelo,
Cum semet aethereos iussus conscendere currus
Summum contigerim sua per fastigia culmen.
Hinc vocat Orion magni pars maxima caeli,
Et ratis heroum, quae nunc quoque navigat astris,
Fluminaque errantis late sinuantia flexus,

A. v. 1 opus v. 5 decurreret

S. v. 1 relictis v. 2 lumina v. 5 decurreret v. 8 mundi lubet

B. vss. 5—7 eiicit. v. 8 superare

V. v. 4 *strinxisset* L. V. 1. v. 5 *decurreret* ceteri. *percurreret* V. 2. medii ignes sunt planetae, quos tractaturum se ait. In eiusmodi versibus, quibus severam doctrinam aliquam proponit, saepe metra negligere solet, ut, qui huc venit legendo, satis expertus est.
v. 8 *libet* omnes; (unus V. 1. *iubet*) Etiam Scaligeri lectio vera est, cf. ad IV, 434. atque *iussum* se, i. e. fatis obtemperantem, haec canere versu demum 10. dictitat. — sed *mundus* post *viam* vix casu natus sit ex *mundi* genitivo; habet *mundi* G. v. 9 *vectantur* omnes. v. 12 *Hinc v. o. quae nunc quoque* etc. om. *magni pars* — *heroum* V. 1. C. L. servat V. 2. v. 14 *errantis* V. 2. L.

Et biferum cetum, squamis atque ore tremendo,
Hesperidumque vigil custos et divitis auri,
Et canis in totum portans incendia mundum,
Araque, divorum cui votum solvit Olympus;
Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos,
Heniochusque memor currus, plaustrique Bootes,
Atque Ariadneae caelestia dona coronae,
Victor et invisae Perseus cum falce Medusae,
Andromedamque negans genitor cum coniuge Cepheus,
Quaque volet stellatus equus, celerique sagittae
Delphinus certans, et Iuppiter Alite tectus,
Ceteraque in toto passim labentia caelo.
Quae mihi per proprias vires sunt cuncta canenda,
Quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas.
Et quota de bis sex astris pars quaeque reducat. —
Has stellis proprias vires et tempora rerum
Constituit magni quondam fabricator Olympi:
    Vir gregis et ponti victor, cui parte relicta
Nomen onusque dedit, nec pelle immunis ab ipsa,
Colchidis et magicas artes qui vertere Iolcon
Medeam iussit, movitque venena per orbem;
Nunc quoque vicinam puppim, ceu naviget, Argo
A dextri lateris ducat regione per astra.
Sed cum prima suos puppis consurgit in ignis, —
Quatuor in partis cum Corniger extulit ora, —

A. v. 18 vota resolv. v. 23 necat g. v. 24 volat v. 29 quod — par quodque v. 30 Ac v. 32 relictae v. 34 Colchon v. 37 Ac

S. v. 24 volat v. 29 quo — quemque v. 34 Iolcho

B. v. 15 eiicit. v. 16 horti v. 24 Inque alas stel. v. 29 quodque v. 31 et 32 eiicit. v. 34 visere — Medeae v. 38 tum

V. v. 16 *divitis detauri* V. 2. v. 23 *negat* C. *neget* V. 1. Suspicor, *gemens.* v. 24 *volat* L. V. 1. v. 29 *quod* V. 1. C. L. (sed in hoc erasa *a*; fuerat, *quod a debis*) *quod addebissex* V. 2. corr. B. *par* omnes. corr. B. *quenque* omnes. ego correxi; adde, *astra.* v. 30 *Ab stellis* omnes. corr. Scal. v. 34 *visere* V. 2. *Colchon* omnes. corr. Scal. et B. v. 39 *partis* V. 2.

Illa quisquis erit terris oriente creatus,
Rector erit puppis, clavoque immobilis haerens
Mutabit pelago terras, ventisque sequetur
Fortunam, totumque volet tranare profundum
Classibus, atque alios menses, aliumque videre
Phasin, et in cautes Tiphyn superare trementem.
Tolle istos partus hominum sub sidere tali,
Sustuleris bellum Troiae, classemque solutam
Sanguine et appulsam terris; non invehet undis
Persida, nec pelagus Xerxes facietque tegetque;
Victa Syracusis Salamis non merget Athenas,
Punica nec toto fluitabunt aequore rostra,
Actiacosque sinus inter suspensus utrimque
Orbis, et in ponto caeli fortuna natabit.
His ducibus caeco ducuntur in aequore classes,
Et coit ipsa sibi tellus, totusque per usus
Diversos rerum ventis arcessitur orbis.
Sed decuma lateris surgens de parte sinistri
Maximus Orion, magnumque amplexus Olympum, —
Quo fulgente super terras caelumque trahente
Ementita diem nigras nox contrahit alas —
Sollertis animos, velocia corpora finget,

A. v. 40 Illo v. 49 Sidera — ferietque v. 50 Roma Syracusas v. 52 uterque v. 57 summa v. 58 magnum compl. v. 60 Et ment.

S. v. 40 Illo v. 49 Sipara v. 50 Vera — mergit v. 57 summa v. 58 magnum compl.

B. v. 44 Minyas v. 46 ortus v. 50 Vera v. 51 transtra. v. 52 Actiacosve v. 54 discurrunt

V. v. 40 *Illis* omnes. corr. Scal. et B. v. 41 *puppim* L. *puppi* V. 2. non male! — *heres* L. *haeret* V. 1. v. 46 *portus* (*portur* V. 2.) omnes. *ortus* G. v. 49 *Sidera* V. 1. C. *Per sidera* L. (inducta *Per*) *Persidera* V. 2. corr. I. Voss. v. 50 *Vera* ceteri; quod frustra explicare B. studuit. *Utraque* V. 2. ego correxi. Syracusis victa Salamis, gloria et potentia navalis, Athenas pessum dedit. — *mergat* V. 2. v. 52 *utrumque* omnes. corr. Scal. idemque coniicit, *uterque.* v. 57 *summa* ceteri. *deus malateris* V. 2. idemque sub rasura L. corr. B. v. 58 *magnumque ampl.* omnes. v. 60 *Et mentita* omnes. corr. Scal. v. 61 *Sollertis* V. 2. L.

Atque agilem officio mentem, curasque per omnis
Indelassato properantia corda vigore.
Instar erit populi, totaque habitabit in urbe
Limina pervolitans, unumque per omnia verbum
Mane salutandi portans communis amicus.
Sed cum se terris Aries ter quinque peractis
Partibus extollit, primum iuga tollit ab undis
Heniochus, clivoque rotas convellit ab imo,
Qua gelidus boreas aquilonibus instat acutis.
Ille dabit proprium studium, caeloque retentans,
Quas prius in terris agitator amaverat artes:
Stare levi curru moderantem quatuor ora
Spumigeris frenata lupis, et flectere equorum
Praevalidas vires ac torto stringere gyro;
At cum laxato fugerunt cardine claustra,
Exagitare feros, pronumque anteire volantis,
Vixque rotis levibus summum contingere campum,
Vincentem pedibus ventos, vel prima tenentem
Agmina in obliquum cursus agitare malignos,
Obstantemque mora totum praecludere circum;
Vel medium turbae nunc dextros ire per orbes
Fidentem campo, nunc meta currere acuta,
Spemque sub extremo dubiam suspendere casu.
Nec non alterno desultor sidere dorso
Quadrupedum, et stabilis poterit defigere plantas,
Perque volabit equos, ludens per terga volantum;

A. v. 63 Inde relaxato — videre v. 64 orbe v. 87 Per quos vadit — ludet

S. v. 71 *retentas* v. 76 Aut v. 80 currus v. 81 perludere v. 87 ut A.

B. v. 76 fregerunt v. 80 currus v. 84 calce

V. v. 62 *omnis* V. 2. v. 63 *corde videre* omnes. corr. Scal. v. 64 *orbe* omnes; sed *tota* V. 2. corr. Scal. v. 71 *retentas* V. 2., ut Scal. volebat. v. 75 *toto* omnes. v. 76 *At* omnes. v. 77 *volantis* V. 2. L. v. 80 *cursus* omnes. v. 82 Suspicor, *laxos*. v. 86 *stabilis* V. 2. L. v. 87 *Per quos vadit* V. 1. C. L. (a corr. fuerat, *labit* sic G.) *Per quo labite quos* V. 2. corr. B. *ludet* ceteri, *ludat* V. 2. corr. B. parum nunc sollicitus de repetito *volabit* — *volantum*.

Aut solo vectatus equo nunc arma movebit,
Nunc leget in longo per cursus praemia circo;
Quicquid de tali studio formatur, habebit.
Hinc mihi Salmoneus (qui caelum imitatus in urbe
Pontibus impositis, missisque per aera quadrigis
Expressisse sonum mundi sibi visus, et ipsum
Admovisse Iovem terris, dum fulmina fingit,
Sensit, et immensos ignes super ipse secutus
Morte Iovem didicit) generatus possit haberi.
Hoc genitum credas de sidere Bellerophontem
Imposuisse viam mundo per signa volantem,
Cui caelum campus fuerat, terraeque fretumque
Sub pedibus; non ulla tulit vestigia cursus.
His erit Heniochi surgens tibi forma notanda.
Cumque decem partis Aries duplicaverit ortus,
Incipient haedi tremulum producere mentum,
Hirtaque tum demum terris promittere terga,
Qua dexter boreas spirat. Nec crede severae
Frontis opus signi, strictos nec corda Catones,
Abreptumque patri Torquatum, et Horatia facta,
Maius onus signo est, haedis nec tanta petulcis
Conveniunt; levibus gaudent lascivaque signant

A. v. 89 licet — percussus v. 91 imitatur — orbe v. 92 Motibus v. 94 Amovisse — de fulmine v. 96 quo sit habendus v. 100 campus v. 101 Hic — cavenda v. 106 signo — structos nec crede v. 107 Aut Brutum atque parem Tarquinum v. 108 signi

S. v. 89 licet v. 91 imitatur — orbe v. 94 de fulmine v. 100 campus v. 101 Haec — cavenda v. 106 signo — nec crede v. 107 ut A., sed Torquatum

B. v. 89 ciet — praelia v. 94 male fulmina fingi v. 95 immissos v. 100 cursor v. 102 ortu v. 105 ne v. 106 signo — strictas in colla secures

V. v. 89 *licet* omnes. Ego correxi. — *cursum* V. 2. *percursus* V. 1. C. *cursus* L. v. 91 *imitatus* V. 2. *urbe* V. 2. *orbe* ceteri. v. 94 *de fulmine* omnes. corr. Is. Voss. v. 100 *campus* V. 1. C. *cursu* L. *cursus* V. 2. v. 101 *canenda* V. 1. C. L. (a corr. fuerat, *conanda*) ita V. 2. corr. B. v. 102 *partis* V. 2. L. v. 106 *signi* omnes. — *incude* V. 1. C. L. (a corr. fuerat, *in coda*.) sic V. 2. Ego correxi. *Catonis* omnes. v. 107 *A brutumque* V. 1. *Abrubtamque* C. *Abruptamque* L. *Abruptumque* V. 2. corr. B.

Pectora, et in lusus agiles agilemque vigorem
Desudant; vario ducunt in amore iuventam;
In vulnus nunquam virtus; sed saepe libido
Impellit, turpisque emitur vel morte voluptas.
Et minimum cecidisse malum est; quia crimine victus.
Nec non et cultus pecorum nascentibus addunt,
Pastoremque suum generant, cui fistula collo
Haereat et voces alterna per oscula ducat.
Sed cum bis denas augebit septima partes,
Lanigeri, surgent hyades. quo tempore natis
Nulla quies placet; in nullo sunt otia fructu;
Sed populum turbamque petunt, rerumque tumultus;
Seditio clamorque iuvat, Gracchosque tenentis
Rostra volunt, montemque sacrum, rarosque Quirites;
Pacis bella probant, curaeque alimenta ministrant.
Immundosque gregres agitant per sordida rura;
Et fidum Laërtiadae genuere syboten.
Hos generant Hyades mores surgentibus astris.
Ultima Lanigeri cum pars excluditur orbi,
Quae totum ostendit terris atque eruit undis,
Olenie servans praegressos tollitur Hoedos
Egelido stellata polo, qua dextera pars est;
Officio magni mater Iovis. illa tonanti
Quondam alimenta dedit, pectusque implevit hiantis
Lacte suo, dedit et dignas ad fulmina vires.

A. v. 110 luxus v. 114 sed — victum v. 119 surgunt v. 126 ficti interdum non alium — Bootem v. 131 Et gel. — quae v. 133 Fundamenta

S. v. 114 sed — victum v. 119 surgunt v. 131 *E gelido* — quae v. 133 Fundamenta

B. v. 110 cursus alacres v. 114 eiicit. v. 124 furtimque al. v. 125 Immundosve v. 131 eiicit. v. 133 Nutrimenta

V. v. 114 *victum* omnes. Ego correxi. v. 119 *nati* omnes. v. 122 *tenentis* V. 2. v. 123 *montesque sacros* V. 1. C. commode; sed ceteri singularem omnes tuentur. v. 126 *fidunt nerciadu* omnes. *boetem* V. 1. *boeotem* C. *sybeoten* V. 2. *syboetem* L. corr. Scal. v. 131 *Egelido* V. 2. *quae* omnes. Ego correxi. v. 133 *Fundamenta* omnes. Ego correxi.

Hinc fidae mentes tremebundaque corda creantur,
Suspensa strepitus, levibusque obnoxia causis.
His tamen ingenita est visendi ignota cupido,
Ut nova per montis quaerunt arbusta capellae,
Semper et ulterius pascentes tendere gaudent.
Taurus in aversos praeceps cum tollitur ortus,
Sexta parte sui certantes luce sorores
Pleiadas ducit. quibus aspirantibus almam
In lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces,
Perque dapes mensasque super petulantia corda,
Et sale mordaci dulcis quaerentia risus.
Illis cura sui cultus, frontisque decorae
Semper erit, tortos in fluctum ponere crines,
Aut vinclis revocare comas et vertice denso
Fingere, et appositis caput emutare capillis,
Pumicibusque cavis horrentia membra polire,
Atque odisse virum, sterilisque optare lacertos;
Femineae vestes, nec in usum tegmina plantis,

A. v. 135 timidae v. 136 in trepidis v. 137 etiam ingenium v. 138 montesque ruunt v. 140 adversos — attollitur v. 141 lucis ad oras v. 143 educunt v. 146 vultus v. 147 tortosque inflexum v. 148 undis — et rursus v. 152 insutaque

S. v. 135 timidae v. 136 trepidis v. 137 etiam ingenitur v. 138 ut A. v. 140 ut tol. v. 141 lucis ad oras v. 144 mensaque v. 152 nec insunt

B. v. 135 timidae v. 136 in strep. v. 140 artus v. 144 mensamque

V. v. 135 *fidae* L. V. 2. G. C. Quod propter fidelem Iovis tutelam nequaquam a sidere abhorret. Amicos vero fidos quidem, sed timidos quis non expertus est? v. 136 *Suspensas* omnes. *trepidis* V. 1. C. *trepidus* L. *trepitus* V. 2. corr. B. et ego. v. 137 *His etiam ingenium* V. 1. C. G. L. (a corr. fuerat, *etiam tamen ingeniem*) *tamen ingentem* Venet. *ingenies tuisendi* V. 2. corr. B. Malim tamen tueri *etiam*; nam Veneti nulla auctoritas est. v. 138 *per noctisque* omnes; sed om. *que* V. 2. — *ruunt* omnes; sed *rufa* V. 2. corr. B. fortasse, *pernicitas* capellarum nobis erepta est. v. 140 *adversos* omnes. corr. Scal. — *attollitur* L. V. 1. C. *compellitur* V. 2. corr. B. v. 141 *lucis odores* L. V. 1. C. *luce sorores* V. 2. v. 143 *educunt* omnes. corr. Scal. v. 144 *mensasque* omnes. v. 146 *vultusque* V. 1. C. *cultusque* V. 2. L. G. v. 148 *undis* omnes. corr. Scal. (*vrnclis* V. 1. om. *comas*) v. 149 *enuctare* V. 2. v. 151 *sterilis* V. 2. L. v. 152 *nec uisunt* L. *uisint* V. 2. *insunt* V. 1. C. corr. B.

Sed specie, fictique placent ad mollia gressus.
Naturae pudet, atque habitat sub pectore caeco
Ambitio, et morbum virtutis nomine iactant.
Semper amare parum est; cupient et amare videri.
Iam vero Geminis fraterna ferentibus astra
In caelum, summoque natantibus aequore ponti,
Septima pars Leporem tollit. quo sidere natis
Vix alas natura negat volucrisque meatus;
Tantus erit per membra vigor referentia ventos.
Ille prius victor stadio, quam missus abibit;
Ille cito motu rigidos eludere caestus,
Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas;
Ille pilam celeri fugientem reddere planta,
Et pedibus pensare manus, et ludere folle,
Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis;
Ille potens, turba perfundere membra pilarum,
Per totumque vagas corpus disponere palmas,
Ut teneat tantos orbes sibique ipse reludat,
Et velut edoctos iubeat volitare per ipsum.
Invigilat somnis, curas industria vincit;
Otia per varios exercet dulcia lusus.
Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra
Consurgunt Iugulae. quibus aspirantibus orti
Te, Meleagre, colunt (flammis absentibus ustum,

A. v. 153 Species v. 155 vitant v. 159 leporemque tulit v. 163 monitus v. 164 missos — palmis v. 166 munus — saltu v. 168 cuncta pil. v. 169 plantas v. 170 *recludat*

S. v. 153 species v. 163 monitu v. 166 saltu v. 168 turbam v. 170 recludat

B. v. 153 speciem — fractique v. 154 caeca v. 160 volucrumque v. 172 invigilant curis: somnos v. 173 excercent

V. v. 153 *specie* omnes. — *ficte* V. 2. *ficteque* L. (sed a corr. i.) v. 155 *lactant* V. 2. L. (sed *i* a corr.) v. 257 *vero* om. V. 2. L. (add. a corr.) v. 160 *volucrisque* (*volo erisque* V. 2.) V. 2. C. et L. v. 163 *moritur* ceteri. *motu* V. 2. v. 166 *fulto* omnes. corr. B. v. 168 *turba* omnes. v. 169 *vagus* omnes. v. 170 *ipsa* omnes.

Reddentemque tuae per mortem munera matri,
Cuius et ante necem paulatim vita sepulta est,)
Atque Atalanteos conatum ferre labores,
Et Calydonea bellantem rupe puellam,
Vincentemque viros, et quam potuisse videre
Virgine maius erat, sternentem vulnere primo,
Quaque erat Actaeon silvis imitandus et ante
Quam canibus nova praeda fuit. ducuntur et ipsi
Retibus et claudunt campos formidine mortis,
Mendacisque parant foveas, laqueosque tenaces,
Currentisque feras pedicarum compede nectunt,
Aut canibus ferrove necant praedasque reportant.
Sunt, quibus in ponto studium est cepisse ferarum
Diversas facies, et caeco missa profundo
Sternere litoreis monstrorum corpora arenis,
Horrendumque fretis in bella lacessere pontum,
Et colare vagos inductis retibus amnis,
Ac per nulla sequi dubitat vestigia praedas.

A. v. 175 ortum v. 176 habitantibus v. 179 Atlanteos v. 180 Calydoniacam v. 181 videri v. 183 Quamque v. 192 feris v. 193 celare

S. v. 176 habitantibus v. 177 et 78 collocat post 179. v. 181 videri, v. 183 Quamque v. 190 mersa v. 194 dubitant

B. v. 177 post — mutua v. 179 Atlanteos v. 182 stringentem v. 185 vastos — montes v. 189 natantum v. 190 mersa v. 192 Horrendasque — phocas v. 194 dubias

V. v. 176 *habitantibus* ceteri. *habentibus* V. 2. unde corr. Gronov. et B. Sed aberrasse iudico V. 2. a codd. lectione et esse corrigendum, *latitantibus.* v. 179 *athlanteos* V. 1. *adlanteos* L. C. *atalanteos* V. 2. — *conatur* V. 2. *conatus* L. (sed a corr. *conatum*) ut V. 1. C. habent. v. 181 *videre* V. 2. ceteri *videri.* Sed *quam* posse ita inferri, ut belluam feramve suppleas, nunquam credam. Itaque vel *quod* scribam, vel *vincentemque feram.* v. 183 *Quamque* omnes. corr. Gron. — Suspicor, imitandus; *at* ante v. 185 *montes* V. 2. L. v. 186 *Mendacisque* V. 2. L. v. 187 *Currentisque* V. 2. L. v. 190 *missa* omnes; nisi quod *misso* L., *cecamisso* V. 2. peccant. Recte. phocas intellige, quas litoribus profundum mittit, cf. Oppian Halieut. III, 138. v. 191 *habens* V. 2. L. corr. *habenis* ceteri. v. 192 *Horrendum praetis* V. 2. L. (sed a corr. *que fretis*, quod in ceteros venit libros.) Fortasse, Horrendum *et pretiis.* v. 193 *annis* V. 2. *amnis* L. (sed a corr. *e.*) v. 194 *dubitat* omnes.

Luxuriae quia terra parum, fastidiet orbem
Venter, et ipse gulam Nereus ex aequore pascet.
At Procyon oriens, cum iam vicesima Cancro
Septimaque ex undis pars sese emergit in astra,
Venatus non ille quidem, verum arma creatis
Venandi tribuit: catulos nutrire sagacis,
Et genus a proavis, mores numerare per urbes
Retiaque, et valida venabula cuspide fixa,
Lentaque contextis formare hastilia nodis,
Et quodcunque solet venandi poscere cura
In proprios fabricare dabit venalia quaestus.
Cum vero in vastos surget Nemeaeus hiatus,
Exoriturque acris, latratque canicula flammas,
Et rabit igne suo, geminatque incendia solis.
Qua subdente facem terris, radiosque movente,
Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum
Sortitur, languetque suis Neptunus in undis,
Et viridis nemori sanguis decedit et herbis.
Cuncta peregrinos orbes animalia quaerunt,
Atque eget alterius mundus. natura suismet
Aegrotat morbis nimios obsessa per aestus,
Inque rogo vivit; tantus per sidera fervor
Funditur, atque uno candent in flamine cuncta;
Haec ubi se ponto per pronas extulit oras,

A. v. 196 pascet v. 197 est *add.* v. 201 artes v. 203 formant v. 206 surgit v. 208 rapit v. 217 ceu sunt in flumine

S. v. 197 Cancri v. 201 artes v. 206 surgit v. 207 Canis — flammans v. 217 ceu sint in lumine

B. v. 197 cancri v. 207 canis v. 217 aque uno se accendunt lumine

V. v. 195 *qua* V. 2. Fortasse, *quasi.* v. 196 *pascit* omnes. v. 197 *cancro* omnes. *est* L. V. 1. C. v. 198 *sese* om. V. 2. L. (sed add. a corr.) v. 200 *sagacis* V. 2. L. v. 207 *canis* omnes. Ego correxi. — *flammas* V. 2. L. (sed a corr. *i*) quod habent V. 2. C. v. 208 *rapet* V. 2. *rapiet* L. corr. Scal. v. 217 *ceu sunt in flumine* omnes. Ego correxi. v. 218 *per proximas* omnes.

Hiscentem quam nec pelagi restrinxerit unda,
Effrenos animos violentaque pectora finget,
Irarumque dabit fletus, odiumque metumque
Totius vulgi. praecurrunt verba; loquentis
Ante os est animus; nec magnis concita causis
Corda micant, et lingua rabit, latratque loquendo,
Morsibus et crebris dentes in voce relinquit.
Ardescit vitio vitium, viresque ministrat
Bacchus, et in flammam saevas exsuscitat iras.
Nec silvas rupesque timent, vastosque leones
Aut spumantis apri dentes, atque arma ferarum,
Effunduntque suas concesso in corpore flammas.
Nec talis mirere artis in sidere tali;
Cernis, ut ipsum etiam sidus venetur in astris.
Praegressum quaerit leporem comprendere cursu.
Ultima pars magni cum tollitur orta Leonis,
Crater auratis surgit caelatus ab astris.
Inde trahit quicunqne genus moresque, sequetur

A. v. 219 Nascentem si quem — constrinxerit v. 220 fingit v. 221 fluctus v. 223 condita v. 224 rapit v. 227 flamma v. 228 timet v. 230 Effunditque — robore v. 234 ore v. 235 Cr. et — stellatus

S. v. 219 ut A., (*sed* perstr.) v. 220 fingit v. 221 fluctus v. 227 flamma v. 228 timet v. 230 Effunditque — robore v. 234 orbe

B. v. 219 ut Scal. v. 221 fluctus v. 226 vino v. 228 unguesque leonis v. 229 cornua tauri v. 230 robore v. 234 orbe

V. 219 *Nascentem si quem pelagi perstrinxerat unda* V. 1. C. *Nascentem quem pelagi restrinxerit* L. (a corr. add. *si.*) *Nascentem quam nec pelagi restrinxerit unda.* V. 2. Ut semper, verissimus. Ego correxi. *Hiscens,* i. e. hians in morsus et flammas. cf. ad Lucil. Aetn. v. similiter supra *flamina* ardorum, infra, *irarum flatus* ei tribuuntur. v. 220 *fingit* omnes. v. 221 *fletus* V. 2. L. Ego correxi. Nisi mavis *fletus* tueri caninos. v. 223 *condita* omnes. corr. Scal. v. 224 *rabit,* quod correxerat Scal., V. 2. L. v. 225 Fortasse, *voces in dente relinquit;* ut frendentium murmura apertius describantur. v. 227 *flamma* ceteri; *flammam* V. 2. v. 228 *rupesque* V. 2. *ripasque* ceteri; ex poëtarum more et consuetudine hoc quoque. v. 230 *corpore* V. 2. Recte! concessa in praedam corpora dicit. v. 231 *talis* L. V. 2. V. 1. (*alis* hic) *artis* L. V. 1. v. 232 *veneretur* omnes. corr. in L. *venetur.* v. 234 *ore* V. 1. C. *ora* L. *orta* V. 2. v. 235 *Ceteraque* omnes. corr. Scal. (abiecto vulgatae *et.*)

Irriguos ruris campos, amnesque, lacusque,
Et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad ulmos,
Disponetve iugis, imitatus fronte choreas,
Robore vel proprio fidentem in brachia ducet,
Teque tibi credet, semperque a matre resectum
Adiunget calamis, segetemque interseret uvis,
Quaeque alia innumeri cultus est forma per orbem,
Pro regione colet; nec parce vina recepta
Hauriet, emessis et fructibus ipse fruetur,
Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem.
Nec solum terrae spem credet in annua vota;
Annonae quoque vectigal mercesque sequetur,
Praecipue quas humor alit, nec deserit unda.
Talis effinget crater, humoris amator.
Iam subit Erigone. quae cum tibi quinque feretur
Partibus ereptis ponto, tollentur ab undis
Cara Ariadneae quondam monumenta coronae,
Et mollis tribuet artis. hinc dona puellae
Namque nitent. illinc oriens est ipsa puella.
Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum,

A. v. 237 sequentur v. 238 tuos — iungit v. 240 fundentem — ducit v. 241 sibi credit — relictum v. 242 Adiungit — interserit v. 244 colit v. 245 e miseris — frugibus — fovetur v. 247 credit inania v. 249 undam v. 250 Craterum mores eff. v. 251 ter — feratur v. 256 colit — ortum

S. v. 239 imitatas v. 241 semper quin v. 245 emiscens v. 251 ter v. 253 Clara v. 256 ortum

B. v. 237 rivis v. 241 Semeleve v. 242 palis v. 245 e cratere v. 253 Clara

V. v. 237 *sequentur* omnes. corr. Scal. v. 238 *tuos* ceteri. *tuas* V. 2. v. 239 *Disponetque* ceteri; *ve* V. 2. — *findentem* L. (a corr. *v*, quod in ceteros transiit.) *fidentem* V. 2. — *ducit* omnes. v. 241 *sibi* omnes. (in L. a corr.; fuerat, *cibi*.) corr. Scal. — *credit* ceteri; *credet* V. 1. *qui matre* omnes. *relectum* V. 2. v. 242 *Adiungit* omnes. — *interserit* omnes. v. 244 *colet* V. 2. v. 245 *e miseris* omnes. Ego correxi. v. 247 *inania* V. 1. C. *inanima* V. 2. *annua* L. v. 250 *craterum moris* V. 2. L. C. corr. Scal. v. 251 *ter* omnes. corr. B. — *feruntur* omnes. corr. Scal. v. 253 *Cara* omnes. v. 254 *mollis* V. 2. L. *artis* V. 2. v. 256 *hortum* V. 1. 2.

Pallentes violas, et purpureos hyacinthos,
Liliaque, et Tyrias imitata papavera luces,
Vernantisque rosae rubicundo sanguine florem,
Caeruleumve oleis, viridemve in germine collem
Conseret, et veris depinget prata figuris,
Aut varios nectet flores sertisque locabit,
Effingetque suum sidus, *
* similesque in mutua pressos
Incoquet, atque Arabum silvis mulcebit odores,
Et Medos unguenta dabit referentia flatus,
Ut sit adulterio sucorum gratia maior.
Munditiae cultusque * artesque decorae,
Et lenocinium vitae, praesensque voluptas.
Virginis hoc anni poscunt floresque coronae.
At cum per decimam consurgens horrida partem
Spica feret prae se vallantis corpus aristas,
Arvorum ingenerat studium rurisque colendi;
Seminaque in fenus sulcatis credere terris,
Usuramque sequi maiorem sorte receptis
Frugibus innumeris, atque horrea quaerere messi,
(Quod solum decuit mortalis nosse metallum;
Nulla fames, non ulla forent ieiunia terris;

A. v. 260 foliis — gramine v. 263 et 64 *uno iungit*: E. sinu simil. v. 266 medicos v. 268 *addit:* adsunt v. 272 praesens nascentis campus v. 274 reddere v. 275 maiorem v. 277 docuit

S. v. 260 foliis viridi quin gramine v. 263 et 64 uno: suum sim. v. 266 medicos v. 268 *add.*: adsunt v. 272 squallentis — aristae

B. v. 258 fucos v. 260 Caeruleumque — palmite v. 263 et 64 uno: sid. quin v. 265 eque — miscebit v. 268 *add.*: placent

V. v. 260 *Caeruleum foliis* omnes. *que* add. V. 2. — corr. B. et ego. — *gramine* omnes. Ego correxi. v. 263 *Effingetque* (*Et f.* V. 2.) *suum* V. 2. L. (a corr.; fuerat, *os*) *suus* C. *finis* V. 1. *sidus* V. 2. *similesque sidus* L. (sed delevit corr. *sidus*) quod om. ceteri. — Duos versus mancos in unum esse conglutinatos mihi certum est. v. 266 *medios* omnes. corr. B. v. 267 *sucorum* omnes. v. 268 *cultusque artesque decori* omnes. v. 272 *praesens* omnes. corr. Scal. — *valentis* L. G. Venet. *vallantis* V. 2. v. 275 *maiori* ceteri; *maiorem* V. 2. v. 277 *mortalis* omnes.

Dives erat census saturatis gentibus orbi;)
Et si forte labor ruris tardaverit artis,
Quis sine nulla Ceres, non ullus seminis usus,
Subdere fracturo silici frumenta, superque
Ducere pendentis orbes et mergere farra,
Ac torrere focis, hominumque alimenta parare,
Atque unum genus in multas variare figuras.
Et quia dispositis habitatur spica per artem
Frugibus, et structo similis componitur ordo,
Seminibusque suis cellas atque horrea praebet,
Sculpentem faciet sanctis laquearia templis,
Condentemque novum caelum per tecta Tonantis.
Haec fuerat quondam divis concessa figura;
Nunc iam luxuriae pars, et triclinia templis
Concertant; tectique auro iam vescimur auro.
Sed parte octava surgentem cerne Sagittam
Chelarum. dabit et iaculum torquere lacertis,
Et calamum nervis, glebas et mittere virgis,
Pendentemque suo volucrem deprendere caelo,
Cuspide vel triplici securum figere piscem.
Quod potius dederim Teucro sidusve genusve?
Teve, Philoctete, cui malim credere parti?

A. v. 280 tardaverat v. 282 facturos sulcis v. 285 variasque v. 286 aptatur v. 287 instructus v. 299 totum

S. v. 279 orbis v. 282 fracturos silicis v. 286 aptatur v. 287 exstructu simili vss. 289 — 93 reiecit post vs. 509. v. p. est.

B. vs. 279 eiicit. v. 290 Tonanti v. 292 paret v. 295 haec

V. v. 279 *orbi* L. V. 2. *orbis* V. 1. C. v. 280 *artis* V. 2. Sed non mihi persuadeo, labore ruris fatigatum agricolam ad ceteras artes accessurum. Puto, si forte *imber* ruris artes tardaverit. Similiter Virg. in Georg. v. 283 *facturos luci* V. 1. C. L. (superscr. *vel luti.*) *liti* V. 2. corr. Scal. et B. v. 283 *pendentes* V. 1. C. L. v. 285 *variasque* omnes. corr. Scal. v. 286 *habitatur* omnes. (sed in L. a corr.; fuerat, *habeatur* ut G.) v. 287 *destrictos* V. 1. *destructus* C. *destructos* V. 2. L. *exstructos* G. corr. B. v. 290 *tenacis* omnes. v. 292 *pars et* omnes. om. *et* V. 2. v. 295 *sagittis* V. 1. C. *lacertis* V. 2. L. (superscr. *vel sagittis.*) v. 299 *totius* V. 2. G. L. *totum* V. 1. *totus* C. corr. Scal. — *tesiero* V. 2. L.

Hectoris ille faces arcu telumque fugavit
Moenibus Argivis, ignes et mille carinis;
Hic sortem pharetra Troiae bellumque gerebat,
Maior et armatis hostis subsederat exul.
Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem,
Infelix, nati somnumque animamque bibentem
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.
Ars erat esse patrem; vicit natura periclum,
Et pariter iuvenem somnoque ac morte levavit,
Tunc iterum natum et fato per somnia raptum.
At cum secretis improvidus haedus in astris
Erranti similis fratrum vestigia quaerit,
Postque gregem longo producitur intervallo,
Sollertis animos agitataque pectora in usus
Effingit varios, nec deficientia curis,
Nec contenta domo; populi sunt illa ministra,
Perque magistratus et publica iura feruntur.
Non illo coram digitos quaesiverit hasta,
Defueritque bonis sector; poenamque lucretur
Noxius, et patriam fraudarit debitor aeris;
Cognitor est urbis. nec non lascivit amores
In varios; ponitque forum, sua datque Lyaeo.

A. v. 301 arcus et tela v. 302 Mittebatque suos — in — carinas v. 303 H. autem pharetram v. 313 fratris v. 315 p. fundit v. 316 Et fingit variis v. 317 tentata v. 319 ullo curant digito quaque iverit v. 322 verbis v. 323 ponetque — madet atque

S. v. 301 teloque v. 302 Mittebat qui vos — in — carinas v. 303 Hinc ortam pharetram v. 308 et v. 316 variis v. 319 ullo careat digito quaque iverit v. 323 se datque

B. v. 301 de classe f. v. 302 eiicit v. 312 arvis v. 320 Defueritve — poenamve v. 323 suadente

V. v. 301 *arcus et tela* V. 1. C. L. (a corr.; fuerat, *arcu telaque*) *arcu telumque* V. 2. v. 302 *Mittebatque suos* omnes. ego correxi. v. 303 *Hic ortam pharetram* (*pharetro* V. 2.) omnes. corr. B. v. 308 *ac* omnes. v. 311 *fatum* V. 1. C. L. *fata* V. 2. v. 315 *Sollertis* V. 2. L. v. 316 *Et fingit* omnes. corr. Scal. v. 319 *curam* omnes. — *digito* omnes. *qui iuverit* V. 1. C. L.; (uno tenore.) *que iuverit* V. 2. corr. B. v. 322 *urbis* V. 2. corr. Scal. v. 323 *suadetque,* (*sua detque* G.) omnes. Ego correxi.

Mobilis in saltus et scenae mollior actor.
Nunc surgente Lyra Testudinis enatat undis
Forma, per heredem tantum post fata sonantis,
Qua quondam sonitumque ferens Oeagrius Orpheus
Et sensus scopulis et silvis addidit aures,
Et Diti lacrimas et morti denique finem.
Hinc venient vocis dotes chordaeque sonantis,
Garrulaque in modulos diversa tibia forma,
Et quodcunque manu loquitur, flatuque movetur;
Ille dabit cantus inter convivia dulcis,
Mulcebitque sono Bacchum noctemque tenebit;
Quin etiam curas inter secreta movebit
Carmina, furtivo modulatus murmure vocem,
Solus et ipse suas semper cantabit ad auris.
Hinc distante Lyra (quae cornua ducet ad astra,
Chelarum surget cum pars vicesima sexta,)

A. v. 324 arte v. 326 prolata tonantis v. 330 voces doctae belleque sonantes v. 331 quae m. v. 334 noctesque v. 335 deest. v. 336 carmine v. 338 Hic — altera pars vs. sequentis in hunc, huius in illum traducta est.

S. v. 324 arte v. 326 praefata v. 327 serens v. 330 Boreaeque v. 331 quae m. — diverse — format v. 334 noctisque v. 338 ducit vs. 339 collocat post vs. 326.

B. v. 324 arte v. 325 nepa v. 327 mentemque feris v. 329 Parcis — filum v. 330 citharaeque v. 332 flatuve v. 334 noctesque v. 338 et 39, inversos ordine, eiicit.

V. v. 324 *Nobilis* omnes. — *irae* V. 1. *artae* L. (superscr. *vel ire*) sic C. *artor* V. 2. Ego correxi. v. 325 Nam cum Lyra inversa oriatur, testudo prius quam cornua conspiciuntur. Quod quia Bentl. parum curavit, in magnos deinde errores incidit. v. 326 *praelata* V. 1. C. *praefata* L. *post fata* V. 2. v. 327 *sonitumque* etiam V. 2. Ut Bentl., ita iam ante eum in nott. mss. P. Francius. v. 330 *voces dotis* V. 2. — *boreaeque* L. V. 1. C. — *horeaeque* V. 2. Ego correxi. v. 331 *G. quae mod.* omnes. corr. Is. Voss. et B. v. 333 *dulcis* omnes. v. 334 *noctemque* V. 2. v. 337 *adiuris* V. 2. vs. 338 alteram vs. sequentis partem in hunc, huius in illum omnes transferunt. Verum ordinem habet Scal., quamquam ipsos versus non recte distraxit. v. 338 *Hic* omnes; sed L. a corr.; fuerat, *Hinc* — *ducet* (sed *ducit* V. 2.) omnes. — Epilogus est, ut iam Fr. Iunius vidit, eorum quae proxime antecesserunt. Quum enim ex altera Chelarum parte, unde Lyra satis longo distat intervallo, ad partem alteram transeundum sit, ubi Scorpio proxima Ara est, verbo illuc vocandi erant lectores.

Quid regione Nepai vix partis oeto trahentis
Ara ferens turis stellis imitantibus ignem
(In qua devoti quondam cecidere Gigantes;
Nec prius armavit violento fulmine dextram
Iupiter, ante deos quam constitit ipse sacerdos;)
Quid potius fingent ortus, quam templa colentis,
Atque auctoratos in tertia iura ministros,
Divorumque sacra venerantis numina voce,
Paene deos, et qui possunt ventura videre?
Quattuor appositis Centaurus partibus effert
Sidera, et ex ipso mores nascentibus addit.
Aut stimulis agitabit onus, mixtosque iugabit
Semine quadrupedes, aut curru celsior ibit,
Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma;
Ille tenet medicas artes ad membra ferarum,
Et non auditos mutarum tollere morbos
Hoc est artis opus, non exspectare gementis,
Et sibi non aegros iam dudum credere curae.

A. v. 340 Sed r. pari v. 345 Quod v. 347 sacras — voces v. 351 stimulos aget aut omnes v. 354 medias v. 355 mutarunt v. 357 agrum — corpus

S. v. 340 Sed v. 345 Quos — finget v. 351 mutos aget aut mannos v. 357 corpus

B. v. 340 Sed v. 344 focos v. 345 Quos — finget partus v. 351 Hic mulos aget aut mannos v. 351 mixtoque v. 353 ornabit — phaleris v. 354 herbas — ferorum v. 356 collocat ante 355. v. 355 Sed — mutorum v. 357 credere tales

V. v. 340 *Quod* ceteri; *Quid* V. 2. — *parvis* L. (sed a corr. *pari vix*;) ita ceteri; Sed verissimus, ut solet, V. 2: *regione pai;* repetita enim *ne* vera lectio exoritur, *regione nepai*, quam divino ingenio Scal. sine librorum ope recte restituit. — *partis* V. 2. L. v. 343 *violenta* — *dextra* V. 2. v. 345 *Quod* — *fingent ortus* omnes. Ego correxi. Liberius orationem struens redit ad intermissam vs. 340 interrogationem: Quid ortus Arae fingent? — *colentis* V. 2. v. 347 *venerantis* V. 2. L. (hic etiam, ut ubique, a corr. *e*.) *voces* L. V. 2. v. 350 *Sidere* L. V. 1. *more* L. V. 2. v. 351 *Aut stimulis* omnes. *agit aut omnes* V. 1. C. *agitauit aut omis* (superscr. *e*, et inductis *aui*) L. *stimuli sagitant onus* V. 2. Ego correxi. — *mixtaeque* omnes. v. 352 *currus* L. V. 2. v. 354 *medias* omnes. corr. Scal. v. 355 *mutarunt* omnes. corr. Scal. v. 356 *gementis* omnes. v. 357 *corpus* omnes. Ego correxi.

Hunc subit Arcitenens, cuius pars quinta nitentem
Arcturum ostendit ponto; quo tempore natis
Fortuna ipsa suos audet committere census,
Regalis ut opes et sacra aeraria servent,
Regnantes sub rege suo, rerumque ministri,
Tutelamque gerant populi, domibusve regendis
Praepositi, curas alieno limine claudant.
Arcitenens cum se totum produxerit undis
Terdecuma sub parte feri, formantibus astris
Plumeus in caelum nitidis olor evolat alis.
Quo surgente trahens lucem, matremque relinquens
Ipse quoque aërios populos, caeloque dicatum
Alituum genus in studium censusque vocabit.
Mille fluent artes: aut bellum indicere mundo,
Et medios inter volucrem prensare meatus,
Aut nidis damnare suis ramove sedentem,
Pascentemve super surgentia ducere lina.
Atque haec in luxum; iam ventri longius itur,
Quam modo militiae; Numidarum pascimur oris,
Phasidos et lucis; arcessitur inde macellum,

A. v. 358 Nunc v. 362 reg. manent — vss. 363 et 64. habet post vs. 374. v. 363 gerent v. 364 limite claudent v. 370 in *om.* v. 371 fluunt v. 372 pensare v. 373 nitidos clamare — ratione v. 374 sugentia v. 375 ibit v. 376 Quod v. 377 et damnis

S. v. 358 Nunc v. 361 sancta v. 363 gerent v. 364 claudent. v. 370 Alituumque g. v. 375 At quae haec? v. 377 damnis

B. v. 358 Nunc v. 359 caelo v. 361 sancta v. 373 nido captare suo

V. v. 358 *Hunc* omnes. v. 359 *ponto* omnes. recte. a ponto, ut 365. *undis.* — *nautis* V. 2. *nantis* L. v. 361 *sacra* omnes, praeter G., qui *sancta.* vss. 363 et 64 post 374 omnes collocant; reddidit suo loco Scal. v. 363 *gerant* omnes. v. 364 *limite* V. 1. C. L. *lumine* V. 2. corr. Scal. — *claudunt* L. V. 1. C. *claudant* V. 2. v. 367 *olore volantis* L. V. 1. C. *ut tibi solore volatalis* V. 2. v. 370 *Alituumque g. st.* omnes. corr. Huetius et B. v. 371 *fluunt* V. 1. C. *fluant* V. 2. L. (a corr. *e.*) v. 372 *pensare* omnes. (*r* a corr. L. add.) v. 373 *nitidos clamare suis* omnes. corr. Scal. v. 374 *dicere* omnes. *vina* V. 1. C. L. (a corr.; fuerat *luna.*) *lina* V. 2. v. 375 *Atque haec in luxum* omnes. — *ibit* V. 1. C. *itur* L. V. 2. v. 377 *et ducis* omnes. *dulcis* interpolatus G. corr. B. et ante eum Scal.

Unde aurata novo devecta est aequore pellis.
Quin etiam linguas hominum sensusque docebit
Aërias volucres, novaque in commercia ducet,
Verbaque praecipiet naturae lege negata.
Ipse deum Cygnus condit vocemque sub illo,
Non totus volucer, secumque immurmurat intus;
Nec te praetereant, clausas qui culmine summo
Pascere aves Veneris gaudent, et reddere caelo
Aut certis revocare notis; totamve per urbem
Qui gestant caveis volucres ad iussa paratas,
Quorum omnis parvo consistit passere census.
Has erit et similis tribuens olor aureus artes.
Anguitenens magno circumdatus orbe Draconis
Cum venit, in regione tuae, Capricorne, figurae,
Non inimica facit serpentum membra creatis;
Accipient sinibusque suis peploque fluentis,
Osculaque horrendis iungent impune venenis.
At cum se patrio producet in aequore Piscis,
In caelumque ferens alienis finibus ibit,
Quisquis erit tali capiens sub tempore vitam,
Litoribus ripisve suos circumferet annos,
Pendentem et caeco captabit in aequore piscem

A. v. 378 convecta v. 380 qui com. v. 382 colit v. 385 gaudent Ven. — caecas v. 386 totamque v. 388 pascere v. 389 Haeserit v. 390 Arcitenens v. 393 Accipiunt finibus — fluenti v. 394 iungunt v. 395 producit v. 398 ripisque

S. v. 378 convecta v. 379 census v. 385 gaud. Ven. — caecas v. 386 totamque v. 393 Accipiunt — fluenti v. 394 iungunt v. 395 producit ab

B. v. 378 convecta — remige v. 385 credere campo v. 386 Ac v. 393 fluenti v. 395 ab v. 398 ripisque

V. v 378 *confecta* V. 1. C. L. (a corr.; fuerat, *effecta*) ita V. 2. Ego correxi. v. 379 *ducit* omnes. v. 385 *gaudent Ven.* ceteri; *Ven. gaud.* V. 2. *reddere caecos* omnes. Ego correxi. v. 386 *Aut* omnes. — *totamve* omnes. v. 388 *pastere* V. 2. v. 389 *Haeserit* omnes. corr. Scal. v. 390 *Arcitenens* omnes. corr. Scal. v. 392 *facit* omnes; sed in V. 1. corr. ex *foret.* Fort. *feret* i. e. proferet. v. 393 *Accipiunt* omnes. corr. B. — *fluentis* omnes. angues fluunt per vestes. v. 394 *iungent* omnes et deinde *producet* V. 2. v. 395 *in* omnes. v. 398 *ripisve* V. 2.

Cumque suis domibus concha valloque latentis
Protrahet immersus. nihil est audere relictum;
Quaestus naufragio petitur, corpusque profundo
Immissum pariter quam praeda exquiritur ipsa.
Nec semper tanti merces est parva laboris:
Censibus aequantur conchae, lapidumque nitori
Vix quisquam est locuples. oneratur terra profundo.
Tali sorte suas artes per litora tractat,
Aut emit externos pretio mutatque labores
Institor aequoreae varia sub imagine mercis.
Cumque Fidis magno succedunt sidera mundo,
Quaesitor scelerum veniet, vindexque reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis,
In lucemque trahet tacita latitantia fraude.
Hinc etiam immitis tortor, poenaeque minister,
Et quisquis verove favet, culpamve perodit,
Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.
Caeruleus ponto cum se Delphinus in astra
Erigit, et squamam stellis imitantibus exit,
Ambiguus terrae partus pelagoque creatur.
Nam velut ipse citis perlabitur aequora pinnis,
Nunc summum scindens pelagus, nunc alta profundi,
Et sinibus virus signat fluctumque figurat;

A. v. 400 conchas v. 401 Protrahit immersas v. 404 Nam v. 405 rapidumque notari v. 413 tacitaque licentia v. 415 vero favit v. 420 pennis v. 422 senibus vires sumit

S. v. 401 Protrahit v. 404 Nam v. 405 ut A. v. 415 vero favit — vss. 437 et 38. coll. post 419. v. 422 vires sumit

B. v. 403 cum v. 405 rapidumque notari v. 408 externas v. 413 laetantia v. 415 vero favit v. 416 Proditor v. 422 gyros glomerat

V. v. 401 *Protrahet* omnes. v. 404 *Nec* omnes. v. 405 *rapidumque* omnes. *notari* ceteri (sed a corr. L.; fuerat, *notori*. *netori* V. 2. corr. Dorville. margaritas intellige. v. 407 *forte* omnes. v. 413 *latentia* omnes. v. 415 *vero favit* ceteri; *favet* V. 2. L. (sed in hoc a corr. i.) Ego correxi. v. 416 *Proditur* omnes. v. 419 *creatus* ceteri; *creatur* V. 2. v. 422 *Et senibus vires sumet* omnes. Ego correxi. *sinus* interpretor orbes, quos exsultans aequore Delphinus efficit; *fluctumque figurat* explicationis instar est.

Sic, venit ex illo quisquis, volitabit in undis,
Nunc alterna ferens in lentos brachia tactus
Explausa resonabit aqua, nunc aequore mersas
Diducet palmas, furtivus remes in ipso,
Nunc in aquas rectus veniet, passumque natabit,
Et vada mentitus reddet super aequore campum,
Aut immota ferens in tergus membra latusque
Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis
Pendebitque super, tantum sine remige velum.
Illis in ponto iucundum est quaerere pontum,
Corporaque immergunt undis, ipsumque sub antris
Nerea et aequoreas conantur visere Nymphas;
Exportantque maris praedas et rapta profundo
Naufragia, atque imas avidi scrutantur arenas.
Par ex diverso studium, et sociatur utrumque
Ingenium, atque uno digestum semine surgit.
Adnumeres etiam illa licet cognata per artem

A. v. 424 tractus v. 425 Et plausa v. 426 Deducet — furtivo remus v. 427 passimque v. 428 aequora v. 429 tergum v. 431 totum — pontum v. 433 C. qui m. v. 437 Pars — studet v. 438 In genus v. 439 Ad numeros .

S. v. 424 tractus v. 425 Et pl. — mersus v. 426 Deducet — furtivo remus v. 427 passimque v. 428 aequora v. 431 tutus — Votum est v. 433 qui v. 437 studet v. 438 In genus v. 439 Ad numeros — ille ciet

B. v. 424 Hic — tractus v. 425 Nunc v. 426 remus v. 427 passuque v. 429 latusve v. 431 totus — est v. 437 et *om.* v. 438 Est genus aque

V. v. 424 *Hinc* omnes. — *tractus* ceteri; sed *tactus* L. V. 2. alternis manibus aquas veluti captant. *tractus lentos* describit vs. 425 et 26. v. 425 *Et pl.* omnes. Ego correxi. Alternarum manuum tactu (Wassergreifen nos dicimus) aqua resonat explausa. — *mersas* V. 2. L. v. 426 *Deducet* ceteri; *Dicutet* V. 2. corr. B. — *furtivo* omnes. corr. B. *remis* omnes. Ego correxi. v. 427 *passimque* V. 1. C. *passumque* L. V. 2. recte; nos dicimus: Wassertreten. v. 428 *aequora* omnes. corr. B. v. 429 *tergus* V. 2. L. *latusque* omnes v. 431 *totum* omnes. sed *tutum* G. *votum est* omnes. corr. Scal. B. et ego. v. 433 *qui merg.* omnes; (nam etiam V. 2. ita habet;) corr. B. v. 437 *Pars* omnes. corr. Scal. — *studet et* V. 1. C. L. (sed a corr.; fuerat, *studuit*) *studium* (om. *et*) V. 2. corr. B. v. 438 *In genus* V. 1. 2. C. *Ingeminus* L. Ego correxi. v. 439 *Ad numeros* omnes. corr. B. *ulla* omnes.

Corpora, quae valido saliunt excussa petauro,
Alternosque cient motus, delatus et ille
Nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille;
Membrave per flammas orbesque emissa flagrantis,
Molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis,
Delphinumque suo per inane imitantia motu
Et viduata volant pennis et in aëre ludunt.
At si deficient artes, remanebit in illis
Materies tamen apta; dabit natura vigorem
Atque alacres cursus, campoque volantia membra.
Sed regione means Cepheus humentis Aquari
Non dabit in lusum mores; facit ora severa;
Frontis ac vultus componit pondere mentis.
Pascentur curis, veterumque exempla revolvent,
Semper et antiqui laudabunt verba Catonis,
Tutorisque supercilium, patruive rigorem
Component, teneros etiam qui nutriat annos,
Et dominum dominus praetextae lege sequatur,
Quodque agat, id credat, stupefactus imagine iuris.
Quin etiam tragico praestabunt verba cothurno,
Cuius erit, quamquam in chartis, stilus ipse cruentus;
Nec minus hac scelerum facie rerumque tumultu
Gaudebunt: Atrei luxum memorare, sepulcra,

A. v. 443 Membraque v. 444 Tollitur et v. 445 suos — motus v. 451 manere v. 452 Frontisque v. 455 Tutorisve v. 461 et sc. v. 462 atri luctum — sepulcri

S. v. 441 elatus v. 443 Membraque v. 455 Tutorisve v. 456 Componet vs. 458 coll. post 486. v. 462 atriluctum — sepulcri

B. v. 442 Huc v. 455 Tutorisve v. 456 Componet v. 461 et v. 462 vivi bustum — sepulchri

V. v. 440 — 44 Sic per omnia V. 2. et L. v. 445 *suos* — *motus* omnes. corr. Scal. v. 448 *acta* omnes. v. 449 *vocantia* omnes. v. 451 *severae* L. *severare* V. 2. v. 452 *Frontis* omnes. *condere* V. 2. *mentes* L. Ea varietas facit, ut vitia maiora subesse suspicer. Haud dubie in cod., unde L. et V. 2. manarunt, *severae* fuit. Accedit media inter futura praesens, *facit*. Fortasse: *sed in ora severae Frontis et in vultus componet condere mentes*. v. 455 *Tutorisque* V. 2. v. 461 *haec* L. V. 2. *et* ceteri. *hac* ego rescripsi. v. 462 *atri* ceteri. *aitre* V. 2. Ego correxi. *luxum* omnes. i. e. nequitiam, adulterium. *sepulchra* V. 2. L. (sed a corr. i.) puto, *sepultum*.

Ructantemque patrem natos, solemque reversum,
Et caecum sine sole diem; Thebana iuvabit
Dicere bella uteri, mixtumque in fratre parentem;
Quaerent Medeae natos fratremque patremque,
Hinc vestis, illinc flammas pro munere missas,
Aëriamque fugam, natosque ex ignibus annos;
Mille alias rerum species in carmina ducent;
Forsitan ipse etiam Cepheus referetur in actus.
Et si quis studio scribendi mitior ibit,
Comica componet laetis spectacula ludis,
Ardentis iuvenes, raptasque in amore puellas,
Elusosque senes, agilesque per omnia servos,
Quis in cuncta suam produxit saecula vitam
Doctior urbe sua linguae sub flore Menander,
Qui vitae ostendit vitam chartisque sacravit.
Et si tanta operum vires commenta negarint,
His dexter tamen actor erit, nunc voce poëtis,
Nunc tacito gestu, referetque affectibus ora,
Et sua dicendo faciet, solusque per omnis
Ibit personas et turbam reddet in uno;
Aut magnos heroas aget civisque togatos;
Omnis fortunae vultum per membra reducet,

A. v. 467 Quaerere v. 468 vectosque v. 470 gestus — actis v. 476 orbe suo v. 477 vita — cursusque v. 479 Externis — aptus v. 480 Satyro g. — affatibus v. 482 inam v. 483 scenisque

G. v. 467 Quaerere v. 468 vectosque v. 469 carmine v. 470 gestus v. 471 At v. 476 Doctor in v. 479 ut A. v. 480 saturo v. 483 scenisque togatas

B. v. 464 luce v. 466 Quin est v. 468 iunctosque in curribus angues v. 476 Doctor in v. 479 ut A. vs. 483 eiicit.

V. v. 466 *Quaere tunc dee* L. (a corr. *s* appicta, et ita V. 1.: *Quaeres tu ne dee.*) *Que retunc dee* V. 2. Ego correxi. v. 467 *vestis* omnes. v. 468 *vectos* V. 1. C. *nectos* L. *notos* V. 2. Ego correxi. v. 470 *cefeus* V. 2. *in actis* L. V. 2. corr. Scal. v. 473 *Ardentis* omnes. v. 476 *Doctior orbe suu* omnes. corr. Scal. *Doctior doctis Athenis*; argute. v. 477 *vita* omnes. corr. Scal. v. 479 *Hesternis* L. V. 2. *actus* omnes. Ego correxi. v. 480 *tacito* V. 2. v. 483 *scenisque togatus* omnes. Ego correxi.

Aequabitque choros gestu, cogetque videre
Praesentem Troiam Priamumque ante ora cadentem.
Nunc Aquilae sidus referam, quae parte sinistra
Rorantis iuvenis, quem terris sustulit ipsa,
Fertur et extentis praedam circumvolat alis.
Fulmina missa refert, et caelo militat ales,
Bis sextamque notat partem fluvialis Aquari.
Illius in terris orientis tempore natus
Ad spolia et partas surget vel caede rapinas,
Quasque hominum dederit strages, dabit ille ferarum,
Nec pacem a bello, civem discernet ab hoste;
Ipse sibi lex est, et qua fert cunque voluntas,
Praecipitant vires; laus est contendere cuncta.
Et si forte bonis accesserit impetus ausis,
Improbitas fiet virtus; et condere bella,
Et magnis patriam poterunt ornare triumphis.
Et quia non tractat Volucris, sed suggerit arma,
Immissosque refert ignes, et fulmina reddit,
Regis erit magnive ducis per bella minister,
Ingentisque suis praestabit viribus usus.
At cum Cassiope bis denis partibus actis
Aequorei iuvenis dextra de parte resurgit,
Artifices auri faciet, qui mille figuris
Vertere opus possint tornique acquirere dotem
Materiae et lapidum vivos miscere colores.

A. v. 494 dederint v. 496 fert quocunque v. 497 Praecipitat — concedere v. 508 carnique — post vs. 510 sq. vs. 515.

S. v. 494 Quumque v. 497 praecipitat v. 508 caraeque

B. v. 494 eiicit. v. 497 Praecipitat v. 498 At v. 500 decorare v. 508 caraeque

V. v. 489 *externis* omnes. (quamquam in V. 2. desunt a vs. 488 *Rorantis* ad vs. 503. *Regis*) v. 490 *alis* omnes. v. 494 *Cumque* omnes. Ego correxi. v. 497 *Praecipitant vires* omnes. vires se praecipitant. v. 500 *poterunt* omnes. Videtur igitur, ut fit, personam variare. v. 503 *magister* omnes. v. 504 *Ingentisque* L. V. 2. 1. *urbibus* V. 2. v. 508 *carnique* omnes. Ego correxi.

Hinc augusta nitent sacratis munera templis,
Aurea Phoebeis certantia lumina flammis,
Gemmarumque iubar, radiantes lucibus ignes.
Hinc Pompeia manent veteris monumenta triumphi
Non exstincta acie, semperque recentia flammis
Et Mithridateos vultus induta tropaea.
Hinc lenocinium formae cultusque repertus
Corporis, atque auro quaesita est gratia frontis,
Perque caput ducti lapides, per colla manusque,
Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.
Quid potius matrona velit tractare creatos,
Quam factum revocare suos quod possit ad usus?
Ac ne materies tali sub munere desit,
Quaerere sub terris aurum furtoque latentem
Naturam rimari orbemque invertere praedae
Imperat, et glebas inter deprendere gazam,
Invitamque novo tandem producere caelo.
Ille etiam fulvas avidus numerabit arenas,
Perfundetque novo stillantia litora ponto,

A. v. 512 Iuli rad. v. 513 post hunc sequitur vs. 543. v. 514 lues v. 524 N. eruere v. 526 perducere

S. vs. 515 habet post 510. v. 512 Iuli — post vs. 513 est vs. 543. v. 514 lues v. 524 eruere omnem v. 528 stellantia

B. v. 511 culmina v. 543 et 14, post 515 collocatos eiicit. v. 524 eruere omnem

V. v. 515 Omnes habent post vs. 510. Bentleius collocavit post vs. 513. v. 512 *G. iuli* L. C. *nili* V. 1. *abradientes* V. 2. corr. B. Ego suspicor: *Gemmarumque arabum*. Marbod. 34. Alterius generis producit *Arabs* adamantem etc. v. 513 *Pompeia monumenta* de theatro interpretor. v. 514 *Ext. lues* omnes. Ego correxi; *acie* bella civilia significat, quae nihil ei obfuerunt; etiam flammis non semel absumptum et sub Tiberio restitui coeptum est; hinc, in Tib. laudes, *semper recentia flammis* praedicat. — vs. *Et quod erat pelagus*, quem post vs. 542 collocavi, omnes habent post 513. Etiam vs. 519 non dubito, quin ex Andromedae fabula huc delatus sit, ita reducendus: *Mollia per duras panduntur brachia cautes, Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.* Eius in locum refectus esse videtur vs. 552, nequaquam elegans. v. 524 *N. eruere* (om. *omnem*, quod addidit Scal.) ego correxi. v. 528 Sed non *novus* is pontus, qui identidem infunditur, unde litora stillant. Suspicor, *vago*.

Phorcyos ut regerat census spumantis in aurum;
Parvaque ramentis faciet momenta minutis;
Et perlucentes cupiens prensare lapillos,
Verticibus mediis oculos immittet avaros,
Et coquet argenti glebas, venamque latentem
Eruet, et silicem rivo saliente liquabit;
Aut facti mercator erit per utrumque metalli,
Alterum et alterius semper mutabit ad usus.
Talia Cassiope nascentum pectora finget.
  Andromedae sequitur sidus, quae Piscibus ortis
Bis sex in partes caelo venit aurea dextro.
Hanc quondam poenae dirorum culpa parentum
Prodidit, infestus totis cum finibus omnis
Incubuit pontus, timuit navifraga tellus,
Et quod erat regnum, pelagus fuit; una malorum
Proposita est merces: vesano dedere ponto
Andromedan, teneros ut bellua manderet artus.
Hic Hymenaeus erat: solari publica damna
Privatis; lacrimans ornatur victima poenae,

A. v. 530 ante 29. v. 529 Pertulit ut legeret v. 530 fragmentis v. 531 cuperet v. 532 emittet v. 536 Alter — in v. 537 fingit v. 541 viribus v. 542 naufragia v. 546 solaque in v. 547 Pro natis — poena

S. v. 529 Protulit ut legeret v. 531 cuperet v. 535 Et facti v. 537 fingit v. 542 quum naufraga v. 546 solaque in v. 547 Pro natis — poena

B. v. 529 et 31 eiicit. v. 530 Magnaque v. 542 Maurusia v. 546 solataque v. 547 lacrimis

V. v. 529 post vs. sequentem in libris est. Ego reduxi. *Protulit ut legeret* omnes. Ego correxi. v. 530 *fragmentis* ceteri. *ramentis* G. V. 2. v. 531 *cuperet* omnes. Ego correxi. v. 532 *emittet* omnes. corr. Scal. v. 533 *Etquoque turgenti* V. 2. L. et vs. sq. *rivos alienate* V. 2. L. Ut videas ex uno utrumque fonte manasse. v. 535 *Aut f.* V. 2. ceteri *Et.* v. 538 *Andromachae* L. V. 1. *Andromethae* C. *Andromede* V. 2. v. 542 *naufragia* omnes. Ego correxi, et ante me alii. v. 544 in libris est post vs. 513. v. 545 *Andromedam* V. 2. L. — *ut bella mane retatus* omnes. v. 546 *solaque in* omnes. Ego correxi. v. 547 *Pro natis* ceteri. *Primatis* G. L. (a corr. *Pro n.*) *Privatis* V. 2. — *poena* omnes. corr. B.

Induiturque sinus non haec ad vota paratos,
Virginis et vivae rapitur sine funere funus.
Ac simul infesti ventum est ad litora ponti,
Mollia per duras panduntur brachia cautes;
Astrinxere pedes scopulis, iniectaque vincla,
Et cruce virginea moritura puella pependit.
Servatur tamen in poena vultusque pudorque;
Supplicia ipsa decent; nivea cervice reclinis,
Molliter (ipsa suae custos est palla figurae)
Defluxere sinus humeris, fugitque lacertos
Vestis, et effusi scapulis haesere capilli.
Ter circum Alcyones pinnis planxere volantes,
Fleveruntque tuos miserando carmine casus,
Et tibi contextas umbram fecere per alas.
Ad tua sustinuit fluctus spectacula pontus,
Adsuetasque sibi desiit perfundere rupes,
Extulit et liquido Nereis ab aequore vultum,
Et casus miserata tuos roravit et undas.
Ipsa levi flatu refovens pendentia membra
Aura per extremas resonavit flebile rupes.
Tandem Gorgonei victorem Persea monstri
Felix illa dies redeuntem ad litora duxit.
Isque ubi pendentem vidit de rupe puellam,
Diriguit facie, quam non stupefecerat hostis,
Vixque manu spolium tenuit, victorque Medusae

A. v. 548 in v. 550 At v. 555 reclivis v. 556 sola v. 557 Defluere v. 562 continuit v. 563 ripas v. 566 revomens v. 571 quem

S. v. 548 in v. v. 550 At v. 556 est sola v. 567 ripas v. 568 Persia v. 571 quem

B. v. 552 eiicit. v. 554 cultusque v. 556 est ipsa v. 558 lusere v. 563 ripas v. 564 vultus v. 571 facies quem

V. v. 548 *ad vota* omnes. v. 550 *Ac* omnes. v. 556 *est ipsa* omnes. Ego correxi. v. 559 *pinnis* V. 2. L. (a corr. *e.*) v. 562 *At* L. V. 2. v. 560 *desit* V. 2. *ripas* V. 1. C. L. (a corr.; fuerat, *ripes*) *rupes* V. 2. v. 565 Puto, *in undas.* v. 570 *Usque* omnes. (V. 2. mutat in *I.*) v. 571 *facie quam* omnes. v. 572 *Vixquc manus pileum* V. 1.

Victus in Andromede. iam cautibus invidet ipsis,
Felicesque vocat teneant quae membra catenas.
Et postquam poenae causam cognovit ab ipsa,
Destinat in thalamos per bellum vadere ponti,
Altera si Gorgo veniat non territus ire.
Concitat aërios cursus, flentisque parentis
Promissu vitae recreat, pactusque maritum
Ad litus remeat. gravidus iam surgere pontus
Coeperat, aut longo fugiebant agmine fluctus,
Impellentis onus monstri. caput eminet undis
Frendentis, pelagusque vomit, circumsonat aequor
Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore.
Hinc vasti turgent immensis torquibus orbes,
Tergaque consumunt pelagus; sonat undique Phorcys;
Atque ipsi metuunt montes scopulique ruentem.
Infelix virgo, quamvis sub vindice tanto,
Quae tua tunc fuerat facies? quas fugit in auras
Spiritus? ut toto caruerunt sanguine membra?
Cum tua fata cavis e rupibus ipsa videres,
Adnantemque tibi poenam, pelagusque ferentem,
Quantula praeda maris! Quassis hic subvolat alis
Perseus et caelo pendens iaculatur in hostem,

A. v. 573 Andromeda est v. 575 At v. 579 Hymenaeum v. 581 et v. 582 undas v. 583 Scindentis, pelagusve movet v. 586 Syrtis v. 589 ut fug. v. 593 sed pennis subv. alte

S. v. 573 Andromeda est v. 575 At v. 581 et v. 582 undas v. 583 Scind. — movet v. 585 Vastis urgent v. 586 Syrtis v. 589 ut v. 593 alte

B. v. 573 Andromeda est. v. 575 At v. 581 et v. 582 undas v. 583 Scandentis v. 585 surgunt v. 586 Syrtis v. 589 quam v. 593 plausis v. 594 sic fertur

V. v. 573 *Andromeden* L. *Andromedem* V. 2. Ego correxi. v. 575 *Et* omnes. v. 578 *flentisque parentis* omnes. v. 579 *Promissum* omnes. v. 581 *aut* omnes. v. 582 *undis* omnes. v. 583 *Scindentis* omnes. Ego correxi. Fortasse praeter necessitatem. — *movet* cett. *movit* V. 2. corr. B. v. 585 *vastis urgent* L. C. V. 1. *vasti surgent* V. 2. Ego correxi. v. 586 *fortis* ceteri. *fortus* V. 2. corr. Is. Voss. v. 589 *quae* V. 1. C. L. (sed a corr.; fuerat) *quas* V. 2. quod reduxi. v. 593 *quantis* C. L. *quartis* V. 1. 2. Ego correxi.

Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.
Illa subit contra, versamque a gurgite frontem
Erigit, et tortis innitens orbibus alte
Emicat, ac toto sublimis corpore fertur.
Sed quantum illa subit, spumam eiaculata profundo,
In tantum revolat, laxumque per aethera ludit
Perseus et ceti subeuntis verberat ora.
Nec cedit tamen illa viro, sed saevit in auras
Morsibus, et vani crepitant sine vulnere dentes;
Efflat et in caelum pelagus, mergitque volantem
Sanguineis undis, pontumque exstillat in astra.
Spectabat pugnam pugnandi causa puella;
Iamque oblita sui metuit pro vindice tali
Suspirans, animoque magis quam corpore pendet.
Tandem confossis subsedit bellua membris
Plena maris, summasque iterum remeavit ad undas,
Et magnum vasto contexit corpore pontum;
Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.
Perfundit liquido Perseus in marmore corpus,
Maior et ex undis ad cautes pervolat altas,
Solvitque haerentem vinclis de rupe puellam
Desponsam, pugna nupturam dote mariti.
Hic dedit Andromedae caelum, stellisque sacravit
Mercedem tanti belli, quo concidit ipsa

A. v. 596 assurgens conversaque fr. v. 599 subit semper iac. v. 600 latumque v. 605 extollit v. 610 summas iterumque renavit v. 613 Perfudit v. 617 stellasque v. 618 quod condidit ipse

S. v. 596 assurgens conversaque v. 599 semper v. 605 extollit v. 610 iterumque renavit v. 613 Perfudit v. 618 condidit

B. v. 599 seque eiaculata pr. est v. 600 eiicit. v. 605 extollit

V. v. 596 *versaque asurgit a fonte* omnes. sed *a gurgite* V. 2. corr. B. v. 597 *altis* omnes. v. 599 *semper iaculata* omnes. Ego correxi. v. 605 *extollit* ceteri. *exstillat* V. 2. v. 606 *puellae* omnes. v. 610 *summasque it.* V. 2. L. (ceteri, *summas iterumque*) *renavit* ceteri; *regnavit* V. 2. et L. (sed inducta *g.*) corr. B. Fortasse, *summasque in tergore navit.* v. 613 *Perfundit* V. 2. L. (sed inducta *n.*) v. 617 *stellasque* omnes. corr. Scal. v. 618 *condidit* ceteri; *concidit* V. 2.

Gorgone non levius monstrum, pelagusque levavit.
Quisquis in Andromedae surgentis tempora ponto
Nascitur, immitis veniet poenaeque minister,
Carceris et duri custos, quo stante superbae
Prostratae iaceant miserorum in limine matres
Pernoctesque patres cupiant extrema suorum
Oscula, et in proprias animam transferre medullas;
Carnificisque venit mortem vendentis imago
Accensosque rogos; et stricta saepe securi
Supplicium vectigal erit; qui denique posset
Pendentem et scopulis ipsam spectare puellam,
Vinctorum dominus, sociusque in parte catenae,
Intentus poenis dum noxia corpora servat.
Piscibus exortis cum pars vicesima prima
Signabit terrae limen fulgebit et orbi,
Aërius nascetur Equus caeloque volabit,
Velocisque dabit sub tali tempore partus,
Come per officium vigilantia membra ferentis.
Hic glomerabit equo gyros, dorsoque superbus
Ardua bella geret rector cum milite mixtus;
Hic stadium fraudare fide, poteritque videri

A. v. 620 tempore v. 622 superbo v. 626 ducentis v. 627 Accensisque rogis v. 628 possit v. 631 Interdum — innoxia v. 633 Signatum — lumen v. 636 Omne v. 639 Nunc studio — fidem, poterisque videre

S. v. 620 tempore v. 626 ducentis v. 627 ut A. v. 628 possit v. 631 Interdum — innoxia v. 623 Signator — lumen v. 639 Nunc stadio — fidem

B. v. 622 superbo v. 627 tinctas — secures v. 629 Interdum — innoxia v. 631 collocat ante vs. 630. v. 636 omne — corda

V. v. 620 *tempora* omnes. v. 622 *superbae* omnes. v. 626 *vincentis* V. 1. C. G. *vindentis* V. 2. L. (sed a corr. c.) corr. B. v. 627 *Accensosque rogos* omnes. — iidemque *stricta securi*. v. 628 *possit* V. 1. C. *posse* V. 2. *posset* L. (sed a corr. *i*.) v. 631 *Interdum* omnes. *innoxia* ceteri; *noxia* V. 1. L. Ego correxi. v. 633 *limen* V. 2. L. (sed a corr. *u*.) *Signato* L. *Signatum* V. 1. C. *Signavit* V. 2. corr. B. — (Sed V. 2. non *terra limen* habet, sed *terra elimen*. Numquam enim non peccat, quando diphthongis utitur, quod raro fit. —) v. 635 *Velocisque* omnes. v. 636 *Come* omnes. — *ferentis* V. 2. v. 637 *cyrros* V. 1. L. *ciros* V. 2. v. 639 *Hic stadium* V. 2. L. (sed a corr. L. *Hinc studium* ita V. 1. C. *fidem* omnes. corr. B.

Mentitus passus, et campum tollere cursu,
Gnavus ab extremo citius revolaverit orbe
Nuncius, extremumve levis penetraverit orbem.
Vilibus ille etiam sanabit vulnera sucis
Quadrupedum, et medicas artes in membra ferarum
Noverit, humanos et quae nascentur ad usus.
Nixa genu species vel Graio nomine dicta
Engonasin, (quicunque latet sub origine, constat)
Dextra per extremos attollit lumina Pisces.
Hinc fuga nascentum, dolus insidiaeque creantur,
Grassatorque venit mediam metuendus in urbem.
Et si forte aliquas animus consurget in artis,
In praerupta dabit studium, vendetque periclo
Ingenium; ac tenuis ausus sine limite gressus
Certa per extentos ponet vestigia funes,
Et caeli meditatus iter vestigia perdet,

A. v. 640 Metiri — campo — cursum v. 641 Quamvis v. 642 vel bis v. 644 et *om.* v. 646 et Gr. v. 647 Et coma signicula vivens v. 650 media — urbe v. 651 animo v. 652 vincetque v. 653 aut v. 654 fines v. 655 vestigia pendet

S. v. 640 Mentiri — campo — cursum v. 641 Quamvis v. 642 vel bis v. 644 et *om.* v. 646 et Gr. v. 647 Engonasi inginicla nitens v. 650 mediam — urbem v. 651 animo] v. 652 vincetque v. 653 aut

B. v. 641 eiicit. v. 642 extr. velox v. 644 herbas — ferorum v. 646 et Gr. v. 647 Engonasi, ignota facies v. 650 media — urbe v. 651 animis exsurg. v. 655 At

V. v. 640 *Mentitus* omnes. *campum* — *cursu* omnes, nisi quod *cursum* peccant V. 2. L. v. 641 *Quamvis ab extremo* omnes; sed verius V. 2. *Quavis*. Ego correxi. v. 642 *vel bis* V. 1. C. *velle bis* V. 2. *vel lebis* L. (sed a corr. induct. *le*). Ego correxi. v. 644 *et* ante *medicas* addunt omnes. v. 645 *humano sed quae* omnes. v. 646 *et Graio* omnes. Ego correxi. v. 647 *Et comas inguicula vides* V. 1. L. (sed a corr. *comaes.*) *Et gonas iugui onlandes* V. 2. Ego correxi. *constat* nomen et constellatio, quicunque est sub origene latens. Maniliana oratio. v. 650 *mediamque* — *urbem* omnes. (nisi quod L. et V. 2. *orbem* peccant.) v. 651 *animus* V. 2. L. — (*exsurget*, quod in tribus veteribus csse B. ait) in nullo video, sed *consurgit*. *et surgit* L.; sed a corr. *cons.* v. 652 *vincet* V. 1. C. L. (sed a corr.; fuerat *vindetque*) ita V. 2. *vendetque* Venetus. v. 653 *ac* omnes. — *tenuis* L. V. 2. v. 654 *extinctos* omnes. *ponit* omnes. *funes*. L. (ceteri *fines*.) corr. Scal.

E penna et pendens populum suspendet ab ipsa.
Laeva sub extremis consurgunt sidera Ceti
Piscibus, Andromedam ponto caeloque sequentis.
Hoc trahit in pelagi caedis et vulnera natos
Squamigeri gregis: extentis laqueare profundum
Retibus, et pontum vinclis armare furentem;
Et velut in laxo securas aequore phocas
Carceribus claudent raris et compede nectent;
Incautosque trahent macularum nomine thynnos;
Nec cepisse sat est; luctantur corpora nodis,
Exspectantque novas acies, ferroque necantur,
Inficiturque suo permixtus sanguine pontus.
Tum quoque, cum toto iacuerunt litore praedae,
Altera fit caedis caedes; scinduntur in artus
Corpora et ex uno varius describitur usus.
Illa datis melior sucis, pars illa retentis;
Hinc sanies pretiosa fluit, floremque cruoris
Evomit, et mixto gustum sale temperat oris.
Illa putris turba est; strages confunditur omnis,
Permiscetque suas alterna in damna figuras,
Communemque cibis usum sucumque ministrat.
Aut cum caeruleo stetit ipsa simillima ponto
Squamigerum nubes, turbaque immobilis haeret,

A. v. 656 Apennina petens v. 661 sequentem v. 662 lato v. 663 nexant v. 664 trahunt — vimine v. 668 Totus c. v. 669 caedi v. 677 At v. 678 terraeque

S. v. 656 Et pene ut — suspendit v. 661 sequentem v. 663 claudunt — nectunt v. 664 trahunt — vimine v. 668 Totus quam v. 677 At v. 678 terraeque

B. v. 656 Pene sua v. 659 Hic v. 661 arctare v. 663 claudunt — lumine v. 665 rumpere nodos

V. v. 656 *Et peneua et pendens* omnes. Ego correxi. — *porulum* omnes. v. 657 *extremi* omnes. v. 658 *frequentis* V. 2. v. 659 *caedis* V. 2. — *notos* omnes. v. 661 *sequentem* V. 1. C. *furentem* L. V. 2. — *claudent* omnes. *nexant* V. 1. C. *nectant* V. 2. L. corr. B. *numine* V. 1. C. *nomine* V. 2. L. (a corr. *u.*) *nomine* est specie, fraude. fortasse *facularum lumine*. v. 668 *Totum cum* ceteri. *Totum quoque* V. 2. corr. B. v. 670 *corpore* V. 1. ceteri *corpora*. v. 678 *turbaeque* omnes. corr. B.

Excipitur vasta circumvallata sagena,
Ingentisque lacus et Bacchi dolia complet,
Humorisque vomit socias per mutua dotes,
Et fluit in liquidas tabes resoluta medullas.
Quin etiam magnas poterunt celebrare salinas,
Et pontum coquere et ponti secernere virus,
Cum solidum certo distendunt margine campum,
Adpelluntque suo deductum ex aequore fluctum,
Claudendoque regunt; tum damnum suscipit unda
Aëris, et posito per solem humore nitescit.
Congeritur siccum pelagus, mensisque profundi
Canities semota maris; spumaeque rigentis
Ingentes faciunt tumulos; pelagique venenum,
Quo perit usus aquae suco corruptus amaro,
Vitali sale permutant, redduntque salubrem.
At revoluta polo cum primis vultibus Arctos
Ad sua perpetuos revocat vestigia passus,
Nunquam tincta vadis, sed semper flexilis orbe,
Aut Cynosura minor cum prima luce resurgit,
Et pariter vastusve Leo, vel Scorpius acer

A. v. 682 volet — dote v. 684 vires v. 686 Ad bellumque v. 687 Cl. negant — demum — undas v. 688 Area, tum pontus v. 689 mersique v. 690 et nota m. v. 692 Quodque erat v. 697 Ac v. 698 tum Sc.

S. v. 681 Humoresque vomet socia — dote v. 687 negant — demum — undas v. 688 Area, tum pontus v. 689 mersique v. 690 emota v. 692 ut A. v. 697 Ac

B. v. 682 liquidam tabem — medulla v. 687 negant — demum — auras v. 688 Area, tum v. 690 seposta v. 691 cumulos v. 693 salubre v. 694 pronis

V. v. 679 *sagitta* V. 1. *sagina* V. 2. L. (sed a corr. *sagena.*) v. 680 *Ingentis* V. 1. 2. v. 681 *volet socia dote* omnes. corr. Scal. v. 684 *vires* omnes. corr. Scal. v. 686 *Ad bellumque* omnes. — corr. Scal. v. 687 *negant* omnes. ego correxi. v. 687 *demum* — *undas* omnes. Ego correxi. v. 688 *Aepaet* V. 2. L. (sed in hoc supra *p* appicta *i.*) *Apa* C. *Apria* (appicta *c*, ut sit *aprica.*) Ego correxi. — *ponto* omnes. corr. B. v. 689 *mensisque* omnes. v. 690 *sed nota* omnes. Ego correxi. v. 692 *Quod querit* V. 1. C. L. (sed a corr.) fuerat, *Quod erit*; ita V. 2. corr. B. v. 697 *Aut* omnes.

Nocte sub extrema permittunt iura diei,
Non inimica ferae tali sub tempore natis
Ora ferent, placidasque regent commercia gentis.
Ille manu vastos poterit frenare leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis,
Nec fugiet validas cognati sideris ursas,
Inque artes hominum perversaque munera ducet,
Ille elephanta premet dorso, stimulisque monebit —
Turpiter in tanto cedentem pondere punctis;
Ille tigrim rabie solvet pacique domabit,
Quaeque alia infestant silvis animalia terras,
Iunget amicitia secum, catulosque sagaces

* * *

Tertia Pleiadas dotavit forma sorores,
Femineum rubro vultum suffusa pyropo,
Invenitque parem sub te, Cynosura, colorem,
Et quos Delphinus iaculatur quattuor ignes,
Deltotonque tribus facibus, similique nitentem
Luce Aquilam et flexos in lubrica terga Dracones.
Tum quartum quintumque genus discernitur omne
E numero summaque, gradus quis iungitur unus;

A. v. 700 fere — natus v. 701 feret, placidus terget v. 706 movebit v. 707 cunctis v. 710 amicitias v. 711 dotabit v. 716 fl. artus p. l. t. v. 717 omni v. 718 qui — Angue

S. v. 700 natus v. 701 feret — placidas reget in v. 706 movebit v. 707 cunctis v. 711 Pleiades dotabit v. 716 ut A. v. 717 omni v. 718 qui — Angue

B. vs. 706 collocat ante 705. v. 705 munia v. 706 scandentem — funes v. 712 Caeruleum v. 717 omni v. 718 summamque — disungit utramque

V. v. 700 *fere* omnes. corr. Scal. — *natis* omnes. v. 701 *ferent* — *regent com.* omnes. — *gentis* omnes. v. 705 *munera* V. 2. L. *sidera* V. 1. C. v. 706 *monebit* V. 2. v. 707 *cunctis* omnes. Ego correxi. turpiter in tanto pondere elephas punctis cedit. v. 710 *amicitias* omnes. corr. ex G. Scal. v. 711 *Pleiadas* V. 1. C. L. — *dotavit* V. 2. L. (sed a corr. *b.*) v. 716 Scripsi vs., ut habet V. 2. (neque enim in eo, quod dicit B., habet *per.*) ceteri *leones.* v. 717 *omne* omnes. v. 718 *summaque* omnes. — *gradus qui iungitur angue* omnes. Ego correxi. Stellae quartae et quintae magnitudines *omnes* (*omne genus*) in unum gradum coniunguntur.

Maxima pars minimo censu concluditur imo,
Quae neque per cunctas noctes neque tempore in omni
Resplendent, alto caeli submota profundo;
Sed cum clara suos avertit Delia cursus,
Cumque vagae stellae terris sua lumina condunt,
Mersit et ardentis Orion aureus ignis,
Signaque transgressus mutat per tempora Phoebus,
Effulget tenebris et nocte accenditur atra.
Tum conferta licet caeli fulgentia templa
Cernere luminibus solidis, totumque micare
[Spiritus aut solidis desunt sitque haec discordia concors]
Stipatum stellis mundum, nec cedere summa
Floribus, aut siccae curvum per litus arenae;
Sed quot eant semper nascentes aequore fluctus,
Quot delapsa cadant foliorum milia silvis,
Amplius hoc ignes numero volitare per orbem.
Utque per ingentis populus describitur urbes,
Principiumque patres retinent, et proximum equester
Ordo locum, populumque equiti, populoque subire

A. v. 719 per minimos — uno v. 721 Respondent v. 723 vaga est illa et — condit v. 727 Tunc v. 728 seminibus desit totusque v. 729 Nec spatium — mundo v. 730 currunt v. 734 ingentem — urbem v. 735 Praecipuumque.

S. v. 719 per minimos v. 721 Respondent v. 723 ut A. v. 727 Tunc v. 728 seminibus densis, totisque v. 730 habet ante 29. v. 729 Nec spatium — mundo — summam v. 730 ut sic v. 734 ingentem — urbem v. 735 Praecipuumque

B. v. 719 pars numero v. 721 vasto v. 722 currus v. 727 Tunc v. 728 densis v. 735 Praecipuumque

V. v. 719 *per minimos* omnes. corr. B. et ego *uno* V. 2. 1. *imo* L. G. v. 721 *Respondent* omnes. et poterat defendi. corr. B. v. 723 *vaga est illa eterris* V. 2. L. *terris* ceteri. corr. B. *condunt* omnes. v. 724 *ardentis* omnes. — *igni* omnes. v. 727 *Tum* omnes. v. 728 *seminibus* ceteri. *luminibus* V. 2. — *solidis* V. 2. om. vocem L. eius loco *desit* V. 1. (ut supra III, 419., *numerus* erat interpositus) hinc vulgo, *densis* — *totumque* omnes. — *spiritus* etc. Ita hunc versum interponit V. 2. ceteri minus veraces omittunt, *desunt*. v. 729 *Spatium stellis* omnes. corr. B. v. 731 *quod* omnes. — id. vs. sq. v. 732 *deliba* ceteri. *de libia* V. 2. fortasse, *Quotque elisa*. v. 734 *ingentis* V. 2. L. — *orbes* omnes. v. 735 *Principiumque* omnes. v. 736 *equitum* omnes.

Volgus iners videas et iam sine nomine turbam,
Sic etiam magno quaedam respublica mundo est,
Quam natura facit, quae caelo condidit urbem.
Sunt stellae procerum similes, sunt proxima primis
Sidera, suntque gradu per lumina victa priorum.
Maximus est populus, summo qui culmine fertur;
Cui nisi pro numero vires natura dedisset,
Ipse suas aether flammas sufferre nequiret,
Totus et accenso mundus flagraret Olympo.

A. v. 738 respondere *om.* est v. 739 Haec — orbem v. 741 iuncta priori v. 743 Cuius pro

S. v. 737 etiam v. 738 respondere *om.* est. v. 739 Haec — caeli v. 741 gradus — iuncta priori v. 743 Cui si

B. v. 741 gradus atque omnia iura v. 742 minimo qui lumine v. 743 Cui si

V. v. 737 *etiam* omnes. corr. B. v. 738 *respondere* omnes corr. B. et ante eum Withofius in nott. mss. v. 739 *Quam* omnes. — *orbem* omnes. v. 471 *gradus* — *omnia* omnes. ego corr. v. 742 *summo qui culmine* omnes; proba sententia. v. 743 *Cui si* L. C. *Quis nisi* V. 1. *Cuiosi* V. 2. Ego rescripsi. numeri rationem natura habuit ac vires attribuit minores.

INDEX.

